

& statuit vocare ipsum.

Augusti-  
nus

Non videtur Augustinus ab hac opinione, & sententia alienus. Extat enim ab Augustino adita supplicatio quam Ecclesia toto quadagesimali tempore in sacrificio decantat, quæ ita habet, omnipotens sempiterna Deus qui viuorum dominaris simul, & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prenoscis. Deus igitur misericordiam suam ijs solum impedit, quos dignos esse videt quorum misereatur. Hac porro dignitas in eo consistit, vt homo bene vtatur libero arbitrio. Tunc autem homo bene vtatur libero arbitrio, cum rationem ducem sequens facit bonum, & cauet a malo, & cum Deo mouenti, & excitanti acquiescit, & cum denique cooperantem sequitur. Hunc bonum usum liberæ voluntatis nostræ deus ab eternitate præuidens, prædestinat nos, de sententia patrum supra nominatorum, vt contra malum usum præuidens, reprobat.

vsus liberi  
arbitrii  
qualiter  
sit accipi-  
endus.

Augusti.

Idem est Augustinus in libro 83. q. quæstione 48. prædestinationi & reprobationi adiunctam esse voluit iustitiam, & æquitatem, sic enim ait. Cui vult miseretur, & quæ vult, indurat. Sed hæc voluntas dei iniusta esse non potest, venit enim de occultissimis meritis nostris. Subiungit præterea Augustinus, Et si ipsi peccatores vnam massam fecerint propter generale peccatum, non tamen inter eos nulla est diuersitas.

Præcedit enim aliquid in peccatoribus quo quamuis non dum sint iustificati, digni tamen efficiuntur iustificatione, & iterum præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sint obstinatione. Hoc porro antecedens quod dignos eos efficit iustificatione, quid est aliud, nisi bonus vsus liberi arbitrii, quem bonum usum theologi appellant meritum de congruo: Contra vero illud antecedens dignos eos efficiens obstinatione, est malus vsus liberi arbitrii.

Iam autem quemadmodum Deus se habet in iustificando, sic se habet in prædestinando. Sicut enim Deus iustificat dignos qui iustificentur, sic etiam prædestinat dignos qui prædestinentur.

Et notandum, hoc non esse Pelagianum. Multum enim interest inter sententiam sanctorum Patrum, & Pelagianorum. Nam Pelagiani meritis hominum, & demeritis assignantes prædestinationem, & reprobationem: merita illa sic accipiunt, vt dicant ea esse causam efficientem, & finalem prædestinationis, & reprobationis, ita. scilicet vt deus propter illa prædestinet & reprobet. At catholici qui meritis hominum attribuunt prædestinationem, & reprobationem, illa merita non accipiunt tanquam causam efficientem, & finalem nostræ prædestinationis, aut reprobationis, sed tanquam causam, sine qua non isti prædestinarentur, & illi reprobarentur. Hæc enim causa adiuncta Dei voluntati, quæ prima causa est prædestinationis, & reprobationis, dei voluntatem iustam efficit, & ab acceptance personarum alienam. Alioqui deus non effugeret, quin esset iniustus, & personarum acceptator, dum æqualiter massa perditionis comprehensos, & in Adamo deperditos ad sortes inæquales vocat sola spontanea voluntate.

Hanc Patrum sententiam multi ex recentioribus theologis tanquam probabiliorem, & Deo digniorem sunt amplexati, nempe Thomas de Argentina 1.6.41. q. 1. ar. 2. Henricus quod libeto. 4. ar. 19. & quod 1.5. ar. 5. Alexander Alensis 1. p. q. 28. membro 10. ar. 3. Gabriel 1. d. 41. q. 1. ar. 2. & 3. Albertus Pigijs lib. de libero arbitrio cap. 8. Camerarius tribus de prædestinatione dialogis hanc eandem sententiam, & accuratissime declarat, & pro viribus defendit. Item Aloysius Carbaiales theologiarum sententiarum lib. 1. cap. 58. 59. 60. Postremus omnium Episcopus Syluensis in lib. de iustitia, nono libro.

In hanc etiam sententiam videtur descendere sanctissimus, & doctissimus Theologus D. Bonauentura 1.5. d. 41. q. 2. in expositione illius paragraphi, si autem quærimus meritum obdurationis, & misericordiae, etc. Hanc omnino tenuisse videtur D. Thomas in primo eadem distinctione.

Est tamen hoc loco magnopere annotandum, doctores, quos paulo supra memorauimus

Vindica  
tur patres  
a errore  
Pelagij Et  
bene hoc  
nota.

Merita  
præuisa  
siue bona  
operæ præ  
uisa, non  
sunt causa  
propter  
quæ Deus  
prædesti-  
net, sed  
causæ si-  
ne quibus  
deus non  
prædesti-  
naret,  
quemad-  
modum  
etiã mala  
operæ præ  
uisa sunt  
causæ, si-  
ne quibus  
deus non  
reprobaret.

Thom.  
Argen.  
Henricus  
Alex.  
Gabr.  
Pigijs.  
Camerari-  
us.  
Carbaia-  
leus.

Oforius.

Bonauent.

Thomas.

mus, partim inter se consentire, & partim dissentire. Ac hoc inter se omnes consentiunt, quia affirmat homines prædestinari & reprobari ex meritorum præscientia, & præuisione.

Opera nostra possunt considerari trifariam

Cæterum quia illa opera, siue illa merita nostra possunt considerari trifariam, vno modo prout antecedunt gratiam non solum iustificantem, verum præuenientem, secundo modo prout antecedunt gratiam iustificantem, non item præuenientem, tertio modo prout vtramque consequuntur: hinc fit vt inter supra memoratos doctores sit dissensio, Etenim quibusda placuit homines prædestinari ex præuisione bonorum operum antecedentium gratiam præuenientem, quæ sunt a libero arbitrio hominis cum Dei auxilio generali, quæ se habent ad gratiam, & iustificationem vt causa dispositiua saltem remota, & vt meritum congruentiæ. Hoc videtur sensisse Bonaventura loco supra citato, sensit et Thomas de Argentina, interim declarans bonum hunc usum esse finaliter duraturum, ita quod præuisus bonus usus liberi arbitrii finaliter duraturus, sit causa prædestinationis, vt contra malus usus liberi arbitrii finalis est causa reprobationis. Hoc porro sic dictum esse voluit Thomas Argentina, quoniam nihil obstat quin prædestinati interdum libero arbitrio male vtantur, vt etiam reprobi bene, cæterum reprobi in eo bono usu non sunt præuisi perseveraturi, sed præuisi sunt eo finaliter male vsuri, quemadmodum prædestinati sunt præuisi libero arbitrio bene finaliter vsuri, quem bonum usum finale deus præsciens decreuit hominibus huiusmodi gratiam finale in præsentem tribuere, & gloriam in futuro.

Bonaventura

Thomas Argentina

Alijs visum est, homines prædestinari ex præuisione operum, siue meritorum precedentium gratiam iustificantem, consequentium tamen gratiam præuenientem, quæ se habent vt proximæ dispositiones ad gratiam iustificantem, sunt autem illa opera cum nostra, tum dei, sunt quidem nostra quatenus procedunt a libero arbitrio, sunt autem dei, quatenus ipso operante, & specialiter mouente in nobis fiunt.

Huius sententiæ videntur fuisse, Henricus Pigijs, Episcopus sylu. locis supra commemoratis. Ita iuxta horum sententiam Deus prædestinauit eos, quos præuidit suis auxilijs bene vsuros, & suæ vocatiõis respõsuros, & motioni acquieturos, & minime repugnatorios.

Hericus Pigijs. Ozorius Carbaial.

Alij putauerunt, opera quæ gratiam iustificantem consequuntur, quæ proculdubio sunt meritoria de condigno, esse causam prædestinationis, vt. s. præuisio illorum operum deum impulerit ad prædestinandum. Præuouit enim Deus eos quibus esset suam gratiam daturus, præuidit et eos non in vanum suam gratiam accepturos, sed eidem ad bonum faciendum cooperaturos, eandemque sanctissimis operibus amplificaturos, quemadmodum serui illi, quorum meminit Euangelium, accepta a domino talenta amplificauerunt, ijs igitur talibus futuris deus ab aeterno decreuit gratiam vocationis, iustificationis, & glorificationis impertire, id quod ad prædestinationem pertinet. Porro eos, quos præuidit acceptæ gratiæ minime cooperaturos, sed acceptum talentum in terra defossuros, reprobauit.

Hoc visum est Alexandro Alensi, & Gabrieli locis supra citatis. Ita iuxta horum doctorum sententiam datur meritum de condigno ex parte nostra totius effectus prædestinationis. Gabriel tamen solam vitam æternam effectum esse dicit prædestinationis. Ad eam siquidem prædestinamur. Vnde de sententia Gabrielis, prædestinatio solum importat voluntatem finis, non mediorum. Porro cum huius finis nempe gloriæ, ad quam diuinitus prædestinamur, detur causa meritoria, eaque de condigno, fit vt prædestinationis detur etiam causa meritoria de condigno. Prædestinantur enim homines, quia præuidentur finale gratiam habituri, quemadmodum etiam reprobantur, quia præuidentur in peccato decessuri.

Alexand. Gabriel.

Carbaialaus.

Pro hac opinione, nempe quod merita siue de condigno, siue de condigno præuisa, sint causæ prædestinationis, & demerita præuisa sint causæ reprobationis, præter testimonia sanctorum Patrum, quæ supra retulimus, suppetunt etiam haud vulgares, sed multum probabi-

Cõfirmatur hæc opinio, & ostenditur multis argumentis.

Argumentum

Augustinus

ad

babilitatis habentes rationes, quibus persuasi præ nominati theologi in eam, quam asserunt, & defendunt, sunt sententiam perducti.

Argumentantur igitur in hunc modum. Diuina voluntas est rationabilissima, igitur neminem prædestinat, aut reprobat sine ratione, & causa, quæ ipsam ad prædestinandum, aut reprobandum impulerit. Consecutio firma est, siquidem prædestinatio, & reprobatio important diuinum propositum. Antecedens porro ostenditur, nam voluntatis, qua voluntas est, perfectio est, esse rationalem, cum igitur diuina voluntas sit perfectissima, sequitur ut sit maxime rationalis. Hinc est, ut dixerit Augustinus omnino credendum esse, Deum fecisse, quidquid recta ratio dicit esse faciendum.

Præterea, Nullus sapiens destinat aliquid alicui fini, nisi illud sit accommodatum, & congruens illi fini, At prædestinare est ad gloriam destinare, reprobare vero, est ad supplicium ordinare, igitur Deus sapientissimus neminem prædestinat ad gloriam nisi congruat illi fini, neque ordinat ad poenam nisi congruat illi fini, hæc aut congruentia non aliunde sumitur nisi ex præscientia meritorum, igitur merita præuisa sunt causæ prædestinationis, & reprobationis.

Præterea, Nullus sapiens eligit in famulum, aut in familiam suam recipit, nisi quem nouit esse idoneum, quem in familiam suam recipiat, At prædestinare est hominem in familiam Dei recipere, & reprobare est eundem ab eadem excludere, deus igitur sapientissimus nullum recipit nisi dignum, neque reijcit nisi indignum, cumque Deo futura omnia sint presentia sequitur ut nullum prædestinet, nisi quem nouit esse idoneum quem in familiam suam recipiat, neque reprobet, nisi quem nouit esse dignum, quem a familia sua excludat. Hæc porro dignitas & aptitudo posita est in bonis, & malis meritis.

Præterea, si Deus sola voluntate alium destinaret ad poenam, & alium ad gloriam, omnino videretur personarum acceptor, contra quod dictum est act. 10. in veritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus

igitur. &c.

Ad hæc, Deus esset crudelis, ut qui citra causam, sed sola voluntate, hominem destinaret ad sempiternam poenam. Nam excludens a regno, includit poenam.

Præterea, omnia Dei opera cum misericordia coniunctam habent iustitiam, ut docet Augustinus in explanatione illius psalmi, Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine, at prædestinatio est opus maximæ misericordiae, coniunctam igitur habet iustitiam, hæc aut iustitia esse non potest alia, nisi bonum, aut malum meritum præuisum, quo Dei volitum iustum efficitur, igitur. &c.

Alij sic argumentantur, opinio asserens sola Dei voluntate homines prædestinari, & reprobari in primis repugnat Euangelicis, & Apostolicis scripturis, deinde tollit arbitrij libertatem, postremo Deum iniustum facit, & crudelem, non igitur est vera, neque tenenda. Principio, quod repugnet Euangelicis literis ex eo intelligitur, quia nusquam in Euangelio legimus, christum beneficium indulgentiæ, & remissionis peccatorum, aut liberationis a morbo, siue a morte, aut certe vocatiõis ad felicitatem, alicui præstitisse, nisi in ijs, quibus peccata condonaret, aut quos a morbo, & morte liberaret, aut quos ad felicitatem vocaret, fides antecederet, quæ dignos eos illo beneficio efficeret. Condonauit peccata feminae illi peccatrici, at prius illa lacrymas fudit, pedes eius lauit, lotos capillis absterxit. Sanauit puerum centurionis, Cananea filiam a Demone, quo vexabatur, liberauit, At prius in utroque præces, lacrymas, & fidem requisit. Latroni, cruci iuxta se affixo, regnum sempiternum est pollicitus, at non sine scelerum poenitentia & agnitione, neque sine Diuinitatis ipsius aperta, & honorifica confessione. Iam si Christus beneficia hæc temporaria in homines callaturus, meritum eorum in quos illa conferret, requisit: quanto magis prædestinationis, hoc est, felicitatis aeternæ beneficium, omnium maximum, daturus, merita eorum requireret quibus illud est daturus, ut contra illud ipsum hominibus denegaturus, mala eorum meritum requireret, quibus est illud dene

icus  
us.  
ius.  
aial.

Argumentum  
supremum.

Augusti.

ad.  
iel.

aia.

ma  
hæc  
io,  
edi  
ul-  
gu-  
is.

Act 10.

denegaturus; cum praesertim sit ad misericordiam hominibus praestandam, & beneficia danda propensissimus, penas vero infligat & mala inferat inuitissimus. Est igitur pro certo habendum, in utrisque tam praedestinitis, s. quam reprobatis, opera fuisse quadam praevisa, quorum merito illi quidem ad gloriam, hi vero destinati sunt, iam inde ab aeternitate, ad supplicium. Stat enim firmum Dei signaculum, & novit dominus qui sunt eius.

2. Tim. 2.

Hinc colligunt huius opinionis auctores tam praedestinationem, quam reprobationem in nostra positam esse voluntate. Nam si Deus neminem praedestinat, nisi quem iustum, & neminem reprobat, nisi quem malum, & flagitiosum futurum esse prospexerit, esse autem bonis, aut malis moribus, in nostra situm est potestate, sequitur omnino ut tam praedestinatio, quam reprobatio in nostra posita sit voluntate.

8. Praeterea, Apostolus Paulus ad Rom. scribens ait, quos praesciuit, hos praedestinavit, praedestinatio igitur praescientiam supponit futurorum eventuum, aut igitur supponit praescientiam futuri eventus in ordine ad hominum naturam, ut sit sensus, quos Deus praesciuit homines, futuros, illos praedestinavit, aut in ordine ad opera hominum ut sit sensus, quos praesciuit bene & virtuti consentaneae operaturos & libero arbitrio recte vsuros, hos destinavit ad gloriam, aut in ordine ad salutem sempiternam, ut sit sensus, quos praesciuit salvandos, hos praedestinavit. Primo modo non possunt intelligi verba D. Pauli, sic enim fieret ut omnes homines praedestinentur, neque possunt intelligi tertio modo, Nam in contingentibus scientia & praescientia Dei supponunt voluntatis divinae determinationem, ex quo fit ut nullus hominis possit Deus praescire salutem, ac beatitudinem, nisi quem voluit salvare, & beare, cumque praedestinatio importet voluntatem sempiternam tribuendi salutem, & misericordiam, sequitur ut praescientia salutis supponat praedestinationem, & non contra, Non possunt igitur illa Pauli verba intelligi tertio modo, relinquuntur igitur ut intelligantur secundo modo. Quos igitur Deus

praesciuit bene victuros, & recte libertate arbitrij vsuros, hos destinavit ad vitam, ac praefiniuit, & decrevit ut imagini filij sui, quoad gloriam & immortalitatem conformaretur. Opinio igitur dicens sola voluntate Dei constare hominum praedestinationem, & reprobationem, non congruit cum literis sanctis.

Hac etiam sententia tollit arbitrij libertatem, Nam cum bonus vsus liberi arbitrij, & omnino omnia quae hominem ad salutem perducunt, sint effecta praedestinationis, euentus autem praedestinationis sit certus, & infallibilis sequitur ut praedestinatus, non libere, sed necessitate quadam beneficiat, ac proinde praedestinatus non habeat liberam arbitrij potestatem, qua possit ad utramlibet contradictionis partem flecti, atque converti. Id quod pugnat cum libero hominis arbitrio.

Adde, quia non homines sua, sed Dei prorsus voluntate boni essent aut mali: illi enim soli essent boni, quos Deus praedestinando voluit, & decrevit esse bonos, illi vero mali, & improbi, quos Deus reprobando decrevit esse malos, & improbos.

Postremo, Deus non nostra, sed sua bona opera praemio afficeret. Dei enim fatendum est esse ea opera, quae nos, non nostro iudicio, & voluntate, sed Dei voluntate, quae nos praedestinavit, nosque bonos esse voluit, ac praefiniuit, facimus. Ita haec opinio & sententia libertatem nostram omnino labefactat, atque evertit.

Postremo Deum iniustum facit, ac crudelem, iniustum quidem, quia in duos aequo peccato Adami obligatos, & massa perditionis comprehensos ita se gerit, ut citra ullam causam, sed sola voluntate, vni quidem peccata condonet, & suam ei misericordiam impertriat, alteri vero denegat. Nunquid non Christus pro omnibus mortuus est? nunquid non pro omnibus preciosum sanguinem effudit? At oppositum dicere compellimur, si dicamus vnum velle alterum vero nolle ab eodem peccato liberare. Id quod nihil est aliud, quam personam hominum accipere, quod ipsum divinae bonitati, & iustitiae repugnat.

Deum postremo haec opinio facit inclementem

mentem, & immitem, ut quæ affirmet Deum aliquos hominum prædestinasse, ut in eis misericordiam suam ostenderet, aliquos vero reprobasse, ut in eis severitatem suæ iustitiæ demonstraret. Quid hoc vno dei clementiæ, & misericordiæ magis repugnat? Est enim perinde ac si princeps aliquis filios vellet procreare, quorum alios hæredes suos faceret, ut benevolentiam in eos suam declararet, alios vero lapi, & in varia scelera incidere permetteret, ut in eis immanissimis supplicijs afficiendis, & crudeli morte necandis, iustitiæ suæ severitatem demonstraret. Quis nõ hunc principem inhumanum, & imitem appellaret?

Cum igitur hæc sententia sacris literis repugnet, libertatem animorum nostrorum tollat, dei misericordiam & clementiam labefactet, & quandam desperationem animis hominum inijciat, sequitur omnino esse falsam, & eidem contrariam esse veram, atque tenendam, ut quæ dei misericordiam simul in prædestinatis, & dei iustitiam in reprobatis tueatur.

Adde, quia si Deus reprobat propter peccata prævisa, omnino fatendum est, deum prædestinare propter merita prævisa. Alioqui attentorem Deum faceremus ad intuenda reprobatorum demerita, quam ad prædestinatorum merita prospicienda. Quare cum diuinus intellectus æque omnia & simul videat, atque perspiciat, efficitur, quod si neminem reprobat, nisi quem peccatorem esse præviderit, neminem quoque prædestinet, nisi quem bonum, & iustum & legem observaturum esse profexerit. Vnde 2. Pet. 1. dicitur. Quia propter fræsatagite, ut per bona opera vestra, certam vestram vocationem, & electionem faciatis, quibus verbis videtur Apostolus Petrus significare electionem hominum ex prævisione bonorum operum fuisse profectam, quam eandem postea eadem bona opera actu exhibita certam efficiunt, atque confirmant.

Postremo pro sententia Patrum, & sequacium ego sic argumentor, Quæ admodum se res habet in effectu, sic se habet in intentione, Atqui in effectu homini datur beatitudo propter merita, & infernale eidem suppli-

cium imponitur propter peccata, igitur prædestinatur propter merita prævisa, & reprobatur propter demerita prævisa. Consecutio firma est, quoniam prædestinatio voluntatem declarat dandi gloriam, & reprobatio infligendi pœnam.

His argumentis persuaderi posse videtur illorum sententia, quiasserunt ex meritis, aut demeritis prævisis hominem prædestinari, & reprobari.

Hæc tamen argumentis non obstantibus, alijs visum est prædestinationem & reprobationem sola Dei voluntate constare, & nullo modo ex meritis hominum pendere. In hac opinione, & sententia fuit Magister hoc loco, Augustini autoritate adductus. Hunc sequuntur doctissimi, & gravissimi Theologi, nempe D. Thomas 1. p. q. 23. ar. 5. & 1. 5. d. 41. ar. 3. De verit. q. 6. ar. 2. Egidius 1. d. 41. q. 2. ar. 1. Durandus 1. d. 41. q. 2. Gregorius 1. d. 41. q. 1. ar. 2. Driedo in libro de concordia liberi arbitrij cum prædestinatione. cap. 3. Hæc eandem sententiam sequuntur D. Thomæ studiosi, & communiter omnis Scola theologorum hanc sententiam, & sequitur, & defendit. Hæc porro sententia his conclusionibus explicatur.

1. Propositio. Actus diuinæ prædestinationis, nulla est assignabilis causa, sed effectus ipsius prædestinationis assignari potest causa.

2. Propositio. Effectus ipsius prædestinationis secundum suas partes assignabilis est causa. Sunt enim illa effecta sibi inuicem causa, semper enim prior est causa posterioris. Etenim conatus ad bonum diuinitus excitatus, & adiutus quædam est ad gratiam dispositio, & quasi meritum de congruo. Gratia vero ipsa est forma operis reponens ipsum in genere meriti, At opus gratia informatum est causa gloriæ meritoria.

3. Propositio. Effectus ipsius prædestinationis secundum suam totalitatem nõ est vlla causa assignabilis ex parte nostra, bene tamen ex parte Dei. Non quidem ex parte nostra, quia quidquid in nobis cernitur, siue sit finis ipse, siue perducentia, ac promouentia ad finem, siue perse, siue ex occasiõe, illud

Aliorum Opinio.

Magister Thomas, Egidius, Durandus, Gregorius, Driedo, Schola Theologorum.

1. Propositio,

2. Propositio,

3. Propositio,

totum

1. 1. q. 2.

1. 1. q. 2.

1. 1. q. 2.

1. 1. q. 2.

1. 1. q. 2.

14.

1. Pet.

1.

1.

1. 1. q. 2.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

totum sub effectu praedestinationis includitur, non igitur esse potest praedestinationis causa, alioqui idem esset causa sui ipsius.

Porro ex parte Dei causa sumitur, in praedestinationis quidem, manifestatio divinae perfectionis per modum bonitatis, in reprobis vero declaratio divinae perfectionis per modum iustitiae punitivae. Nam si omnes saluarentur, aut omnes damnarentur, non representaretur divina perfectio varijs modis, iam autem perfectius est divinam perfectionem multis modis representari, quam vno modo. Fuit ergo rationi consentaneum, ut Deus quosdam praedestinaret, perfectionem suam representando per modum misericordiae, quosdam vero damnaret, perfectionem suam ostendendo per modum iustitiae.

Sumitur et ratio ex ipsius universi perfectione. Quemadmodum enim ad perfectionem universi pertinet, ut contineat omnes gradus perfectionis in natura, sic etiam ad eiusdem perfectionem pertinet, ut omnes gradus complectatur in moribus, quos proculdubio non fuisset complexum, si omnes aut saluarentur, aut damnarentur.

4. Prop.

Quarta propositio. Praedestinationis in particulari, hoc est, quare actus praedestinationis terminetur ad istum, & non ad illum, nulla est ex parte hominis est causa assignabilis sed ea sumitur ex sola Dei voluntate hunc diligente, istum vero repudiante & abijciente. Quemadmodum enim figulus ex eodem luto format vnum vas ad honorem, hoc est, ad honestos usus, alterum vero ad contumeliam, hoc est, ad viles & ignobiles, minusque decetres usus, eiusque formationis nulla alia assignari potest causa, quam sola figuli voluntas, sic etiam dominus Deus ex eadem massa perditionis effingit vasa irae apta ad interitum, & vasa misericordiae, quae paravit ad gloriam, eiusque rei nulla assignari potest causa alia, quam sua voluntas.

Expōsuimus omnes de causa praedestinationis sententias: quas summam colligendo dicimus esse sex numero.

8. Opini.

Prima opinio est eorum qui dicunt, merita antecedentia hanc vitam, esse causam meri-

toriam praedestinationis, & reprobationis, quae opinio fuit Originis.

2. Opinio est eorum, qui dicunt opera in vita illa quidem gesta, esse causam praedestinationis, & reprobationis, causam inquam propter quam Deus praedestinat, & reprobat. Hac opinio fuit Pelagij.

2. Opini.

3. Opinio est eorum, qui dicunt opera antecedentia gratiam praevientem, & iustificantem, quae sunt nostra, omnino esse causam praedestinationis, & reprobationis, causam inquam sine qua non, sicut approximatio est causa calefactionis.

3. Opial.

4. Opinio est eorum qui dicunt opera consequentia gratiam praevientem, antecedentia vero gratiam iustificantem, quae se habent ut proximae dispositiones ad gratiam, esse causam praedestinationis.

4. Opial.

5. Opinio est eorum, qui dicunt opera consequentia gratiam iam datam esse causam praedestinationis.

5. Opial.

6. Opinio est eorum qui nullam omnino in particulari reddendam esse putant causam praedestinationis & reprobationis, quae est opinio Magistri post Augustinum: & D. Th.

6. Opini.

Et notandum Scotum praedestinationis quidem nullam in particulari, reprobationis vero aliquam reddendam esse causam putasse, ut loco suo exponemus. Reliquum est ut veram, aut certe vero magis consentaneam sententiam exponamus: id quod more nostro, multis subiunctis conclusionibus, faciemus.

scoti Op.

Exponitur sententia probabilior, & vero similior.

Antequam ad explicationem probabiliorum, & vero magis consentaneam huius arduae, & difficilissimae quaestionis veniamus, non nulla sunt praecienda fundamenta, quae omnium sunt consensu comprobata, ut pote quibus divinarum literarum suffragetur authoritas.

Principio illud statuimus, Deum supernaturalem finem cunctis hominibus, quos condidit, proposuisse, neminemque excepisse. Id quod sacre literae testantur. Dicitur enim 1. Timoth. 5. Deus vult omnes homines salvos fieri,

2. Fundamētum. Deus omnibus hominibus finem supernaturalem proposuit.

Augu.

2. Fundamētum. Deus omnibus hominibus finem supernaturalem proposuit.

feri, & ad agnitionem veritatis venire. Unde & magnus Augustinus ait, Fecisti nos domine ad te. Item fecit deus hominē vt summum bonū intelligeret, intelligendo amaret amando possideret, possidendo frueretur.

Hoc ipsum etiam cum diuina bonitate & cum diuina iustitia congruebat. Congruebat quidem cū diuina bonitate, quoniam cum Deus hominibus finem supernaturalem ob eam causam propositū esse voluerit, vt cum eis admirabili quodā modo bonitatē suā cōmunicaret, eos ad diuinæ naturæ quoddā cōfortiū prouehendo, illa bonitatis suæ excellēs diffusio, tanto erat futura maior, atq; illustrior, quanto ad plures pertineret. Congruebat etiam cū eiusdem iustitia, & æquitate. Nā cū omnes homines ad consecutionē illius finis idoneos, aptosq; procreasset, ratio æquitatis postulabat, vt neminē a consecutione illius finis excluderet, sed æque omnibus assequendum proponeret.

Hoc ipsum etiā hinc maxime intelligitur, quoniā omnibus hominibus, excepto nemine, præcepta & leges supernaturales proposuit, quarum obseruatione fierent illius finis supernaturalis participes. Postremo, omnes homines fuisse ad finem hunc supernaturalem diuinitus relatos ex eo perspicitur, quia eos, qui culpa sua hoc fine frustrantur, damnat sempiternis supplicijs afficiendos. Id quod minime fecisset si ad hunc finē assequendū conditi minime fuissent. Quia enim voluntatē suā carent sine suo, ideo puniuntur, & pœna omnium maxima afficiuntur.

Secundo statuimus, Deū decreuisse vniuerso hominū generi, ad cōsequendū hunc finem supernaturalē, auxilia sufficientia tribuere, vt pote quia ille finis vires naturæ omnino superaret. Hæc porro voluntas sequitur ex priore. Ex eo enim quia Deus voluit hominibus beatitudinē tribuere, eāq; beatitudinē, cuius, assecutio vim omnē, facultatēq; naturæ superaret, consequens erat necessario, vt eidem quoq; media impertiret, & auxilia, quibus posset ad illam beatitudinem peruenire. Hinc profectum est, vt primū hominē in quo tanquam in radice omnes homines conting

rentur, omnibus gratiarū muneribus exornatum pro creauerit, præsertim iustitia, quæ dicitur originalis, etiā in posteros transfundēdam munerit, cuius erat tanta vis, vt sensualē animi partem rationi, rationē vero ipsam Deo subijceret, totūq; hominē rectū, & sibi omni ex parte, hoc est, rationi consentientem efficeret. Omnisq; proinde ab eo, siue ex ignorantia, siue ex passione, siue ex electione peccandi, & a lege Dei, rectaq; ratione deflectendi, occasio tolleretur. Ex quo factū est vt hominis, tot ac tātis Dei muneribus locupletati, & tā efficacibus ad permanendū in iustitia auxilijs muniti, peccatū fuerit grauissimū ac propemodū in excusabile, atq; in expiabile. Dicimus propemodū, quoniam et si Deus hominē tam multis auxilijs circumseptū, & munitū esse voluerit, eius tamen voluntatē neq; ad bonū determinauit, neq; in bono cōfirmavit, sed talem reliquit, quæ in bonum flecti posset, & malum. Id quod summo cōsilio, & summa ratione factum est. Nam cū liberam voluntatem homini tribuerit, illa eius ad bonum determinatio, & in bono cōfirmatio, cum libertati ipsius voluntatis, tum diuinæ prouidentia repugnaret, quæ res creatas sic gubernat, vt proprios eas motus persequi sinat. Ex hac igitur hominis rectitudine, etiam ad posteros per generationem determinanda, aperte intelligitur, hominem cum ad sempiternam beatitudinem fuisse procreatum, tum non solum sufficientibus, sed abundantissimis etiam ad eam assequendam fuisse auxilijs instructum.

Ac hanc saluadorū hominum, & ad sempiternam beatitudinem perducendorū Dei voluntatem, incarnationis mysterium insignius & apertius declarat. Nam cum homo ille, omnium hominum sator, & parens primus, diuino præcepto violato, interisset, in eo simul genus hominum vniuersum condidit, non solum sine suo supernaturali perpetuo cariturum, verum etiam sempiternis penis afficiendum. Deus tamen, qui diues est in misericordia, non est passus genus hominum ad felicitatem natum, & institutum penitus interire, & sine supernaturali

Dominice incarnationis causa.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRÆDESTINATIONE.

defraudari, sed huic tanto malo, Filij sui in carnatione, occurrendum, & medendum esse putavit, & decrevit, ut quemadmodum vnius hominis inobedientia, & iniustitia omnes homines perijsset, sic vnius hominis christi obedientia, iustitia & innocentia, salutem, ac vitam omnes homines consequerentur, omnes inquam qui se ei per fidem dederent, & per amorem coniungerent. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Credentes igitur solum saluatur, non credentes vero intereunt.

Rom. 9.

Ioan. 3.

3. Fundamentum

Non omnes homines salutem quam in christo & per christum est, consequuntur.

Ioan. 15. 16.

Matth. 26

Marc. 14.

Occasio quaestio- nis.

Quocirca iam tertio statuimus, quod etsi dominus Deus humano generi filium suum dederit redemptorem, & saluatorem, non tamen omnes salutem, quam in christo est, consequuntur, sed certi quidam, quos Deus ex massa perditionis exemptos, a peccato liberos, ac saluos esse voluit: quos christus suos vocat, & electos Ioan. 15. & 16. Hic est, inquit, sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Pro vobis, hoc est, pro Apostolis, pro multis, hoc est, pro electis. His siquidem solis profuit passio christi efficaciter, alioqui ad omnes saluandos sufficiens. Ac quæ a nobis dicta sunt hæcenus vera sunt, & ab omnibus Theologis citra controversiam recepta, ut quæ sint non sacris literis modo, verum etiã rationi consentanea.

Cum igitur Deus non omnes homines per christum liberaverit, sed certos quosdam, omnibus alijs in massa perditionis relictis, iam emergit nostra hæc, in qua explicanda, versamur, difficultas, nempe quæ nam causa fuerit, ut hos liberaverit, illos non item, an in hominibus reperiat aliquid dignum aut salute, in ijs qui liberantur, aut interitu in ijs, qui relinquuntur, & consecutione finis supernaturalis excluduntur, an totum potius sit in divinam voluntatem referendum? Hac de re extant illæ tam multæ, quas supra exposuimus sententiæ, nos vero uti instituiamus quæ nam sit probabilior, Deoque dignior, &

cum literis sanctis congruentior, iuestigamus.

Hæc igitur prima statuitur conclusio. Nulla ante hanc vitam hominum merita in causa fuerunt, ut quidam liberarentur, & æternæ beatitudini destinarentur, alij vero relinquerentur, & ab eadem beatitudine excluderentur. Hæc conclusio Origini aduersatur. Cuius veritas ex eo constat, quia animæ ante corpora non fuerunt creatæ, & in celo collocatæ, & inde in corpora imissæ, nulla igitur extiterunt animarum ante hanc vitam merita. Conclusio firma est. Ans patet ex illo Iob 38. ubi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei? Quasi dicat, nullibi eras, quia nondum eras. Hoc ipsum ex illis Pauli verbis ad Rom. 9. colligitur. Cum nondum nati essent, neque boni aliquid, aut mali egissent, etc. Quibus verbis declarat Paulus Esau & Iacob fratres cum ante natiuitatem non extitisse, tum nihil boni, aut mali gessisse. Hoc idem definitum est sexta synodo generali, actione 12. & in concilio vienensi, & Lateranensi sub Leone 10. coarguitur etiam hic error ab Aug. de verbis Apostoli serm. 7.

2. cor. elu. contra originem.

Iob. 18:

Rom. 9:

sexta synodus. Concilium vienense. Lateranense.

Secunda conclusio. Nulla opera præuisa, antecedentia gratiam tam præuenientem, quam iustificantem sunt causæ meritorie prædestinationis, neque de condigno, neque de congruo. Prior pars conclusionis est contra Pelagium, posterior vero contra D. Bonaventuram, Camerarium, & Thomam de Argentina 1d. 1. q. vnica. ar. 2. in responsione ad secundum argumentum. Ac prior pars conclusionis sic ostenditur. Quicumque promeretur causam, meretur etiam quicquid est consequens illius causæ, atqui gratia iustificans est effectus consequens prædestinationem, quicumque igitur vere & de condigno meretur prædestinationem, vere etiam, & de condigno meretur gratiam iustificantem, At gratia iustificans nullo modo potest cadere sub merito, vel ipso Paulo authore ad Rom. 11. quo loco ait, quod si ex operibus, iam gratia non est gratia. Item ad Ephes. 2. gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, donum

2. conclusio contra Pelagium

Et contra D. Bonaventuram & Thomam de Argentina & Camerarium.

Rom. 11,

Eph. 1:

Opus hominis antecedens gratiam, est opus inimici.

Hieronymus. Augustinus. Mileuitanum. Araucanum.

Nulla inter peccatorem & eum reperitur congruentia.

Eph.



donum enim dei est, igitur nulla opera antecedentia gratiam, possunt esse de condigno meritoria praedestinationis.

Adde, quia huiusmodi opera antecedentia gratiam non solum iustificantem, verum etiam praevientem, quanvis sint bona moraliter, sunt tamen opera inimici, & mere naturalia, non possunt igitur neque deo esse grata, neque praesentis gratiae, & sempiternae praedestinationis vere & de condigno meritoria. Hunc Pelagij errorem Hieronymus, & Augustinus locis supra citatis redarguerunt, & sacra concilia, nempe Milevitanum, & Arausicanum condemnauerunt.

Posterior pars conclusionis contra Bonaventuram & alios sic ostenditur. Nulla inter peccatorem, & Deum reperitur congruentia, ut scilicet congruum sit propter aliquod eius opus ei tribuere gratiam iustificantem in praesenti, & in futuro sempiternam gloriam, Nam peccator eo ipso quo peccator est, est exosus Deo, & dignus supplicio sempiterno, At quodcumque bonum opus hominis antecedens gratiam praevientem, est opus inimici, & peccatoris, non est igitur meritorium de congruo divinae praedestinationis, cuius effectus sunt iustificatio in praesenti, & glorificatio in futuro seculo.

Praterea, illa opera sunt mere naturalia, nullam igitur habent proportionem & habitudinem ad effectus supernaturales, cuiusmodi sunt iustificatio, & glorificatio.

Postremo, sequeretur ut initium salutis esset ex nobis, nempe cum propter opera bona facta a nobis solis naturae viribus cum generali influenza, Deus ab aeternitate decreverit nos vocare primum, deinde iustificare, postremo glorificare, & re ipsa in tempore vocavit, iustificavit, & glorificavit, At consequens non solum est falsum, verum etiam erroneum, damnatum in concilio Milevitano, & Arausicano contra Pelagium, igitur, etcetera.

Huius etiam sententiae falsitas satis aperte colligitur ex doctrina D. Pauli ad Eph. 2. quo loco loquens de salute per christum, hominibus a Deo communicata, sic ait.

Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Loquitur autem Paulus de salute inchoata quae posita est in iustificatione, quae seminarium est salutis consumatae, quae in glorificatione consistit. Hanc ergo salutem inchoatam, consequimur, auctore Paulo, non viribus naturae, neque ullis meritis nostris, sed sola divina gratia, hoc est, gratuito Dei munere. Gratuitum enim, inquit, prorsus dei donum est, nulli hominum propter opera datum, ne quis suis meritis salutem assignet, sed Dei solum gratiae, & beneficentiae. Cum ergo praedestinatio hanc salutem includat, importat enim propositum conferendi gratiam in praesenti, & in futuro seculo aeternam beatitudinem, sequitur ut nullis nostris meritis nobis contingerit, sed solo gratuita dei munere.

Idem Paulus eodem loco. Ipsius enim sumus factura, hoc est, ipsius dei per spirituale regenerationem sumus nova creatura, creati in christo, hoc est, regenerati in christo, in operibus bonis, id est, non ex operibus nostris bonis, neque propter bona opera nostra, quae nulla antecesserunt, siquidem creationem nihil antecedit: sed regenerati sumus in christo ad bona opera obeunda, quae tamen ipsa bona opera preparavit Deus ut in ipsis ambulemus: id est, preordinavit nobis deus, ut ea perpetuo exequamur, & exequentes vitam aeternam consequamur. Certe haec doctrina D. Pauli valde pugnat cum sententia dicente, bona opera praevia esse causam praedestinationis meritoriam, non solum de iustitia ut visum est Pelagianis, sed neque et de congruitate.

Tertia conclusio. Opera antecedentia gratiam iustificantem, praevientem vero consequentia, non sunt causa meritoria praedestinationis, neque de condigno, neque de congruo. Haec conclusio est contra Henricum Pignum, & alios. Ac illa opera non esse meritoria de condigno praedestinationis, ex eo intelligitur, quia alias essent meritoria primae gratiae iustificantis, id quod non congruit cum prima gratia, prima siquidem gratia non datur ex meritis, neque de condigno, neque de congruo.

Vehementissimum argumentum.

Eph. 2.

3. Concl.

1. Gratia non datur ex meritis, neque de condigno, neque de congruo.

rela. ra ori em.

opus hominis antecedens gratiam, est opus inimici.

Hieronymus. Augustinus. Milevitanum. Arausicanum.

Nulla inter peccatorem & deum reperitur congruentia.

fy. ciliu enset rané

du. tra jium

tra. na: om: gen & Ca riú.

Eph. 2.

DISTINCT. 40 ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Et confirmatur, quia opera nostra consequentia praeuenientem gratiam, ut sint dispositiones ad gratiam iustificantem, sunt enim in nobis Deo excitante, & mouente, ut patet ex concilio Trident. sess. 6. canone 3, cooperante tamen nostro libero arbitrio, non tamen sunt merita, nam ut dicitur in concilio Arausicano cap. 23. Deus nobis nullis meritis praecedentibus fidem, & amorem sui inspirat: igitur, etc.

Confirmatur vehementius, Nam opera huiusmodi sunt effectus praedestinationis, non sunt igitur causa praedestinationis, consequentia nota est, ante probatur. Primus effectus praedestinationis est ipsa gratia praeueniens, quae reducitur ad Dei vocationem, siue internam, siue externam, vocatio autem est primus praedestinationis effectus, nam ut inquit Paul. ad Rom. 9. Quos praedestinavit, hos & vocavit, igitur omnia hominum opera, huiusmodi vocationem consequentia, sunt effecta praedestinationis.

4. concl. Quarta conclusio. Opera consequentia gratiam iustificantem non sunt causa praedestinationis. Haec conclusio est contra Alexandrum. Etenim bona opera consequentia gratiam iustificantem sunt proprie, & vere meritoria, igitur si praesumpta sunt causa praedestinationis, sequitur ut iam exhibita sint causa meritoria primae gratiae iustificantis, quae est effectus praedestinationis, id quod est contra rationem primae gratiae, ita enim fieret ut prima gratia daretur homini ex meritis, si non antecederetibus saltem sequentibus, quod est Pelagianum.

Præterea, opera nostra efficiuntur meritoria interuentu gratiae, ergo nulla opera nostra consequentia gratiam esse possunt meritoria primae gratiae, consequentia probatur, quia posterius esse non potest causa prioris. Quamuis enim homo per opera sequentia possit mereri aliquod bonum prius acceptum, ceu si rex alicui daret commendam, quam postea belligeras mereretur, non tamen illud bonum, quo formaliter eius opera accepta, grata, & meritoria redduntur.

Postremo, opera consequentia gratiam sunt vere effecta praedestinationis, iuxta illam Pauli sententiam ad Eph. 2. creati in bonis operibus, quae praeparauit Deus ut in illis ambulemus, non possunt igitur illa merita, esse causa

nostrae praedestinationis, ut scilicet propter illa praesumpta nos praedestinauerit.

Quinta conclusio. Praedestinatio non solum importat voluntatem finis, hoc est, voluntatem conferendi gloriam, sed praeterea includit dispositionem mediatorum, quibus ad illum finem peruenitur. Haec conclusio est contra Gabrielem, loco supra citato. Veritas porro nostrae huius conclusionis constat ex Diuo Paulo ad Rom. 9. Quos praedestinavit, inquit, hos & vocavit, iustificauit, & glorificauit, praedestinatio igitur non solum importat voluntatem conferendi gloriam, verum etiam, conferendi media consequentia probatur quoniam vocatio, & iustificatio sunt media, quibus homo perducitur ad gloriam. ¶ Constat etiam ex D. Augustino in libro de praedestinatione sanctorum cap. 10. quo loco praedestinationem esse dicit, praeparationem gratiae, ex quo subinde colligit gratiam esse effectum praedestinationis. Iam si gratia effectus praedestinationis est, sequitur ut praedestinatio sit voluntas non solum conferendi gloriam verum etiam gratiam tribuendi.

Postremo confirmatur aucte Magistri in presenti distinctioe, dicentis praedestinationem esse propositum conferendi gratiam in praesenti, & gloriam in futuro.

Hinc iam intelligitur minus est benedicere Durandum, praedestinationem proprie acceptam non esse de fine, sed de medijs perducen- tibus ad finem, cumque gloria finem importet, & non medium perducens ad finem, hinc effectum esse voluit, gloriam non esse effectum praedestinationis, contra quod ex autoritate Pauli, & Augustini, & Magistri collegimus.

Sexta conclusio. Nulla merita praesumpta, siue de condigno, siue de congruo sunt causa praedestinationis, hoc est, ordinabilitatis hominum electorum in vitam aeternam, sed hoc totum ex dei voluntate pendet, atque beneplacito Haec conclusio probata est Augustino multis in locis suae doctrinae, nempe in libro de praedestinatione sanctorum, & in libro de bono perseverantiae, & libro 1. retractationum cap. 23. Augustino adhaesit Magister 1. d. 41. adhaesit etiam Diuus Thomas 1. p. q. 23. articul. 5. de veritat. q. 6. Magister in expositione

Episto-

Opera consequentia gratiam praeuenientem antecedentem gratiam iustificantem ut sunt dispositiones ad gratiam non tamen sunt merita.

Non potest homo mereri illud bonum, quo opera eius sunt formaliter accepta.

Eph. 2.

s. conclu.

Rom. 9.

Augustinus.

1. d. 41. q. 2. contra Durandum.

6. Concl. et vera

Augustinus.

3. Contr. Gen. cap. ultimo.

Thom.

Rom. 9.

Disert. ma ex situo.

Contra Gen. cap. ultimo.

Thomas,

Rom. 9.

gulli.

Disertissima expositio.

Epistolae ad Rom. cap. 9. Quibus in locis videtur retractasse illam sententiam quam prius tenuerat, in primo distinct. 41. nempe quod ex parte nostra daretur aliqua praedestinatio nis causa, Hanc eandem conclusionem communis Schola doctorum comprobavit, ijs dumtaxat exceptis, quo supra commemoravimus.

Hac conclusio ostenditur primum, sanctarum literarum testimonijs, deinde Patrum sententijs, postremo argumentis, & rationibus theologorum. Ac potissimum & apertissimum testimonium est apud Paulum ad Rom. 9. quo loco de Jacob, & Esau duobus fratribus eodem concubitu ex Rebecca, Isachi satum, generatis, differens, sic ait, cum nondum nati essent, aut boni aliquid, aut mali egissent, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior serviet minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. &c. Hunc locum diligentissime, & accuratissime interpretatus est Augustinus libro primo quaestionum ad simplicianum q. 2. Itaque cum esset propositum Divo Paulo docere, neque Jacob ullis meritis fuisse electum, neque Esau meritis ullis fuisse improbatum, & repudiatum, sed solo Dei beneplacito, & voluntate, omnem causam amovit, cui electio Jacob, & Esau improbatio posset ascribi. Triplex nam causa, auctore Augustino, huius disparitatis in duobus illis fratribus assignari potuit, prima causa assignari potuit ex disparitate ortus, secunda ex disparitate meritorum propriorum, tertia ex dissimilitudine parentum. Primum causam exclusam esse voluit cum dixit, ex eodem concubitu fuisse generatos fratres geminos. Quasi dicat, Non est quod tanta in duobus fratribus diversitas in diversam siderum, sub quibus generati suat, dispositionem, & constitutionem referatur, siquidem ambo vno, & eodem temporis puncto sati, & concepti fuerint, ac proinde sub eadem caeli & siderum dispositione.

Secundam vero causam exclusit, inquiens cum nondum nati essent, neque boni aliquid aut mali peregerint. Nullo ergo merito proprio aut Jacob est electus, aut Esau est im-

probatus. Nondum enim nati, neque in lucem editi agere quidquam potuerunt, quo vel odium mererentur, aut amorem, & tamen de nondum natis dictum est, quia maior serviet minori. Id quod propheta Malachias qui multo post tempore prophetauit, ad amorem vnius, & ad odium alterius referendum putavit.

Tertiam vero causam sustulit, inquiens, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac Patris nostri. Quasi dicat, Non est, quod diversitati parentum, diversitas quoque eventus in fratribus illis duobus assignetur. Etenim vterini sunt fratres, vno, & eodem concubitu, vno eodem temporis momento ex eadem matre, & ex eodem patre generati.

Si dicas, cum in duobus illis fratribus nulla fuerit aut in matris utero, aut in operibus dissimilitudo, unde ortum habuit illa Jacob electio, & illa Esau improbatio? Unde illa Jacob dilectio, & illud Esau odium? Respondet Apostolus, Jacob illam dilectionem, & electionem, & Esau fratris vterini, & natu maioris illud odium & improbatum, non fuisse ex ullis meritis, aut de meritis profectam sed ex vocante, hoc est, ex divina voluntate, quos vult eligere, & vocare pro suo beneplacito, idque ut propositum divinae electionis firmum & immutabile permaneret. Nulla ergo ex parte praedestinati datur causa suae praedestinationis, neque ex parte reprobati datur causa suae reprobationis, siquidem Jacob nullo suo merito fuerit praedestinatus ad felicitatem, Esau vero nullo suo demerito ab eadem fuerit exclusus, sed solo dei beneplacito & voluntate.

Sunt tamen qui existiment, nihil minus Apostolum Paulum hoc loco, quam de praedestinatione Jacob, & de reprobatione Esau fuisse locutum, sed de dominio, quo minor natu prelatum est majori natu & de servitute, qua maior natu minori natu subiectus est, id quod totum ex divina voluntate pendet. Deus enim cum sit omnium dominus, & in manu eius sint omnes fines terrae, potest dominium & prelationem dare cuiusque voluerit, nullo iustitiae detrimento, id quod tamen locum non habet in praedest. & reprobatione, aut certe in reprobatione. Iniustum enim esset, innocentem, & de Deo non dum male meritum, neque re ipsa, neque secundum praescientiam, poenae subeundae destinare.

... ..

Quaestio

Respon-

Jacob nullo suo merito electus, & Esau nullo suo demerito improbat.

Quorumdam opinio

...

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

**Obijcit opinio. Augustinus. Hieronymus. Ambrosius. Chrysostomus. Theophylactus.** Nos dicimus sensum hunc non fuisse D. Pauli, iuxta patrum omnium expositionem, Hieronymi scilicet Augustini, Ambrosij, Chrysostomi, Theophylacti, & omnium recentiorum, hi si quidem hunc locum interpretantur de electione Iacob ad salutem, praefigurante electionem gentium, & verorum Israelitarum, & de repulsione Esau ab eadem salute, praefigurante repulsionem, & abiectionem Israelitarum secundum carnem, qui in infidelitate permanserunt, & propter infidelitatem, promissionum divinarum non sunt participes effecti, quas tamen Gentes, & veri Israelitae sunt consecuti. Interest tamen plurimum inter Augustinum, & ceteros Patres, quoniam Patres Iacob electum, Esau vero improbatum a Deo fuisse confirmant ex praescientia, siue secundum praescientiam meritorum at Augustinus D. Pauli verbis inhaerens, eiusque sensum profundius, & subtilius perscrutatus, electionem Iacob, & reprobationem Esau dei proposito, ac beneplacito tribuit. Hunc porro fuisse D. Pauli sensum ex universo disputationis eius progressu satis constat. Sub hoc sensu Magister, D. Thomas, & omnes Scholastici doctores verba Pauli sunt interpretati.

**ephef. 1. Augustinus.** Sed iam caetera testimonia persequamur. Paulus ad Eph. 1. sic ait. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius, in charitate. Haec Pauli verba diligentissime, & disertissime expendens Augustinus in libro de praedestinatione sanctorum cap. 18. sic ait. Cernitis, procul dubio cernitis, quanta manifestatione Apostolici eloquij defendatur haec gratia, contra quam humana merita extolluntur, tanquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei. Elegit ergo nos Deus in christo ante mundi constitutionem, praedestinans nos in adoptionem filiorum, non quia per nos sancti, & immaculati foreti eramus, sed elegit, praedestinavitque ut essemus. Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suae, ut nemo de sua, sed de illius erga se voluntate gloriaretur. Fecit hoc secundum divitias gratiae suae.

**Pelagiani** Ac his Pauli verbis ait, Augustinus. Pelagianorum errorem coargui. Dicebant. n. Pelagiani deum praevideisse, qui futuri essent sancti, & immacu-

ti per libera voluntatis arbitrium, atque hos ante mundi constitutionem, in ipsa sua praescientia, qua tales futuros esse praevenerat, elegisse. Obijcit Augustinus. Intueamur verba Apostoli. Benedictus, inquit, deus, & pater domini nostri Iesu christi, qui nos benedixit in omni benedictione spirituali in caelestibus in christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Non ergo quia futuri eramus, sed ut essemus. Ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse praedestinans ut tales per gratiam eius essemus. Perspicuum est ergo non solum Pelagianos hoc apostolico testimonio refutari, verum etiam omnes alios, etiam catholicos, qui ex praescientia operum, siue meritorum, siue ea sint merita simpliciter, siue secundum quid, affirmant homines praedestinari.

Huc et pertinent & illa duo testimonia ex Pauli doctrina ad Eph. 2. cap. desumpta, quibus secundam nostram conclusionem confirmavimus.

Idem Paulus ad Rom. 11. sic ait, quis prior dedit illi, & retribuetur ei, At si merita praemissa essent causa praedestinationis, aliquid homini prius dedisset deo, quod ipsum deus praedestinando remunerasset, non sunt igitur praevisa hominum merita in causa, ut a Deo praedestinetur.

Idem Paulus 2. Tim. 1. sic ait, vocavit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quae data est nobis in christo Iesu ante tempora secularia. His verbis aperte excludit Paulus ad beneficium praedestinationis consequendum quidquid ex parte nostra reperitur, sed solum pro causa vocationis, & praedestinationis ponit dei gratiam, & voluntatem, quam gratiam deus ab aeternitate ante omnia secula se nobis daturum statuerat.

Huc pertinent etiam illa christi verba apud Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, quae procul dubio vera non essent, si christus elegisset Apostolos praevideens, quod Apostoli illum essent electuri, & ad ipsum se applicaturi. Tunc enim apostoli prius christum elegissent in eum credendo, & ad ipsius sese amicitiam adiungendo, eo siquidem praeviso, elegi meruissent, at hoc abstulit christus cum dixit, non vos me elegistis sed ego elegi vos, quasi diceret, ut annotavit

Obijcit Augustinus.

Elegit nos deus, non quia praevideat nos futuros sanctos sed ut tales essemus.

Rom. 11.

2 Tim. 1.

Ioan. 15.

Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum cap. 18. Non vos elegi, quia vos me elegistis, aut in me credidistis, sed elegi vos, ut ipsa mea electione, me eligeretis, & in me crederetis. Elegit ergo eos, ait Augustinus, de mûdo cû hic ageret in carne, sed iam electos in seipso ante mundi cõstitutionem. Hæc est immobilis veritas prædestinatiõis, & gratiæ.

Augustinus.

2. Ioan. 4.

Dicitur etiam 1. Ioan. 4. in hoc est charitas Dei, non quasi nos illum prius dilexerimus, sed quoniam ipse prior dilexit nos. At si propterea nos prædestinasset, & in familiã suã ascuisset, quia præuidisset nos ipsius gratia recte vsuros, eidẽ cû vocaremur acquiescẽdo, & cum iustificamur, cooperãdo, iam nos priores dilexissemus eum, aut certe actiõne nostra diligi meriti essemus. At non hoc dicit Ioannes, sed quoniã ipse prior dilexit nos ex quo eius in nos amore profectum est, ut vocaremur, vocati vero, vocationi responderemus, & vocationi respondentes iustitiam, quæ in christo est, cõsequeremur, cõsecuti vero ipsius gratiæ cooperaremur: cooperãtes vero, tandem saluaremur. Ac scripturarũ testimonia hæc suffecerint, superest ut patrum sententias proferamus.

Præclara deductio

Augustini de causa prædestinationis sententia.

Magnus Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum, & in libro de bono perseuerantiæ, & libro primo explicationũ earũ quæstionũ, quæ propositæ sunt à Simpliciano Archiepiscopo Mediolanensi q. 2 & in libro de fide ad Petrũ, & in multis alijs suæ doctrinæ locis hoc contendit, hoc asserit, hoc decernit, hoc deniq; fidelibus õnibus vult esse persuasum, prædestinationẽ hominũ ex sola dei gratuita volũtate pẽdere, idq; ex supra citatis scripturæ locis vult esse collectũ, atq; cõfectũ.

Insigne est Augustini de re proposita testimonium in libro de fide ad Petrũ cap. 3. quo loco ita ait. Illi autẽ cum christo regnabunt, quos Deus gratuita bonitate sua prædestinavit ad regnum, quia enim tales prædestinãdo præparavit, ut regno digni essent, præparavit utiq; secundum propositum vocandos, ut obediant, præparavit iustificandos ut accepta gratia recte credant, & bene vivant, præparavit etiã glorificandos, ut christi cohæredes

effecti regnum cœlorũ sine fine possideant. Ad quod regnũ illi pervenerunt, quos Deus gratis, nullo bonæ voluntatis, vel boni operis merito præcedente salvavit per sacramenta, quæ ad finẽ incarnationis suæ christus instituit. Ita Augustinus prædestinationẽ, & omnem eius effectũ, nẽpe vocationem, iustificationẽ & glorificationẽ nulli merito præcedẽti, non solum non exhibito, sed neq; etiã præuiso attribuendam existimat, sed soli dei gratiæ voluntati. Id quod est cû doctrina Pauli vehementer consentiens. D. Augustino subscripserunt viri doctissimi, Magister sententiarum, Divus Thomas, & omnes veteres Scholastici, quos supra cõmemoravimus. Et nos hanc eandem sententiã tanquã veriorẽ & cû literis sanctis magis congruentem & tenendam, & sequendam existimavimus.

Hæc porro sententia non caret satis probabilibus rationibus. Ac primũ pro ea sic argumentatur theologi. Nullũ temporale esse põt causa rei æterni, At prædestinatio est aliquid æternũ, iuxta Pauli sententiã ad Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, item 2. Timo. cap. 1. ait Paulus vocatos nos fuisse secundũ dei propositũ, & gratiam, quæ data est nobis ante tempora secularia, idest, quæ decreta & præordinata est dari nobis ab æternitate, merita autẽ, aut de merita præuisa sunt aliquid temporale, sunt enim in tempore ponenda aliquando, non possunt igitur esse causa prædestinationis, aut reprobationis.

Ostenditurnullis meritis præuisis consistere divinã prædestinationem.

1. Ratio.

Hoc tamẽ argumentũ diluunt aduersariæ opinionis authores duplici adhibita distinctiõne. Prior distinctio est huiusmodi. Temporale accipi põt duobus modis, vno modo quæ temporale est, altero modo prout divina mẽte cõceptũ, & præuisũ est. Posterior distinctio est huiusmodi. Causa est duplex vna per se, eaq; effectiua, aut finalis, altera sine qua non, & per accidẽs quodã modo, ceu apertio fenestree ad illuminationẽ domus, & applicatio combustiui ad combustibile comburendum. Dicunt igitur, temporale prout a divina mente conceptũ, & præuisum, esse posse causam prædestinationis, causam inquam non

Dilutio argumẽti

DISTINCT. 40. ET 41 DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

effectivam, aut finalem, sed sine qua non homo praedestinetur, aut reprobaretur. Quae admodum enim approximatō ignis ad combustibile non est causa combustionis effectiva, formalis, aut finalis & tamen sine ea non sequeretur combustio, ita sine meritis prauiis ab intellectu divino, non esset approbatio, aut reprobatio in divina voluntate, illa tamen merita prauiis neque effectivae, neque finaliter praedestinant. Et hoc esse aiunt authores huius opinionis contra Pelagium, qui merita, aut demerita prauiis statuebat esse causam probationis aut reprobationis, effectivam, & finalem. Huic tamen responsioni obstant illa Pauli verba ad Ro. 9. igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quibus verbis Divus Paulus omnem nostram actionem siue internam, siue externam, & tandem quidquid ex parte nostri reperiri, siue excogitari potest, a negotio praedestinationis exclusit, sed totum divino muneri, & misericordiae acceptum ferendum putavit.

Improbatio solutio.

Refutat.

Adiutores dei sumus cum eius vocationi respondemus & cum accipimus gratiam cooperamur.

Psal. 24

Apec. 3.

2. Ratio.

Quidquid hominem provehit ad salutem, est effectus praedestinationis.

Sed inquires, eodem Paulo authore 1. Cor. 3. Dei adiutores sumus, non est igitur quod Paulus a praedestinatione voluntatem, & concursum nostrum, seu congruam dispositionem excludat. Dicimus nos Dei esse adiutores, cum vocationi eius, & motioni libere acquiescimus, & oblatam nobis gratiam, & misericordiam minime repellimus: iuxta illud, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Item, ego ad ostium sto & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad eum, etc. Ceterum haec vocatio, haec motio, & excitatio divini prorsus est muneris, & misericordiae, & ipsius praedestinationis effectus, praesertim cum est efficax.

Secundo ita argumentatur. Bonus usus liberi arbitrii, & omnino quidquid hominem iuvat, & provehit ad salutem est effectus praedestinationis, siue antecedit gratiam, siue concomiterur, siue consequatur, igitur esse non potest causa nostrae praedestinationis. Consecutio nota est, antecedens vero ex eo patet quia ordinans aliquem ad finem, & media largitur omnia, quibus perveniat ad illum

finem, cum igitur praedestinatio sit hominis ordinatio in finem vitae aeternae, sequitur ut quidquid hominem iuvat, aut perducit ad hunc finem, sit effectus praedestinationis.

Hoc tamen argumentum diluunt aduersarii distinguentes duplicem usum liberi arbitrii. Est enim quidam antecedens tam gratiam iustificante, quam praevientem, est alter qui vel est proxima dispositio ad gratiam iustificante, vel consequitur ipsam gratiam iustificante. Hic posterior est effectus praedestinationis, & reducitur ad principium supernaturale, est tamen in nobis ab ipso deo, cooperante tamen nostra voluntate. Nam ut inquit Paulus, ipse est qui operatur in nobis velle, & perficere pro suo beneplacito. Vnde August. in libro de libero arbitrio sic ait, ut velimus, si ne nobis operatur Deus. Cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur. Tamen sine illo ut velimus operante, & cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. Sunt autem pietatis opera illa quae vel gratiam consequuntur, vel ad eam proxime disponunt. Ceterum prior ille usus liberi arbitrii, qui in sola bonitate morali consistit, quam nobis philosophi tradiderunt, non est effectus praedestinationis, ut qui esse possit in nobis solis viribus naturae, supposita generali, & communi Dei influenza. Ac huiusmodi usus liberi arbitrii prauius efficit hominem indignum dignitate condecenciae, siue congruentiae qui praedestinetur. Thomas Argentina. 1. d. 41. q. 1. ar. 2.

Hac tamen responsio nulla est, tum quia naturale nullam proportionem habet ad effectum supernaturalē, iam autem usus liberi arbitrii ante gratiam tam praevientem, quam iustificante, est mere naturalis, ut aduersarii dicunt, ut quem possit homo viribus naturae, supposito communi concursu, praestare, nullam igitur habet proportionem non solum condignitatis, sed neque etiam congruentiae ad praedestinationem, quae mere supernaturalis est, tum quia usus huiusmodi liberi arbitrii, operatio est hominis adhuc existentis in peccato mortali, ac proinde actio est hominis inimici, nullam igitur habet

Diluitur haec ratio

Duplex usus liberi arbitrii, vel ante gratiam, vel consequens, aut certe con-

Augustinus.

Refutatio solutio.

Quasi

causa qua ex praedestinatione obstat liberali praedestinati

Ad 3.

Refutatio solutio.

Vehe-

habet ad prædestinationem congruentiam, ut scilicet propter huiusmodi actionem præuisam tamquam meritum de congruo homo prædestinetur, eum præsertim prædestinatio supponat dilectionem prædestinati.

aut mali egissent.

Tertio sic arguitur. Effectus prædestinationis est gratia, igitur nulla hominis operatio præuisa esse possit causa meritoria prædestinationis. Cõsequenter probatur, quoniam gratia nullo merito datur. Nam, ut inquit Apostolus, si ex operibus, iam gratia non est gratia.

3. Ratio.

Hoc tamen argumentum diluunt aduersarij dicentes, gratiam non habere causam meritoriam de condigno, bene tamen meritoriam de congruo. Nam ut inquit Augustinus in libro 83. quæstionum. q. 48. præcedit aliquid in peccatoribus, quo quamuis nondum sint iustificati, digni tamen efficiuntur iustificatione. Hoc porro antecedens dignos eos efficiens iustificatione, quid est aliud quam bonus usus liberi arbitrij: quem bonum usum liberi arbitrij Theologi appellant meritum de congruo.

Euasio argumenti.

Nos dicimus, omnino meritum respicere debitum, ex quo fit ut merenti de condigno sit debita merces simpliciter, merenti vero de congruo sit debita merces secundum quid, & quodam modo, iam autem quod gratis datur, nullo modo datur ex debito, gratia autem est donum mere gratuitum. Nullo modo igitur cadit sub meritum de congruo.

Non datur meritum de congruo in ordine ad primam gratiam.

Quarto sic arguitur. Infantes sacro lauacro abluti saluantur, atqui nulla eorum fuere merita præuisa, ut qui morte præuenti ad legitimam ætatem, in qua boni aliquid, aut mali agere possent, minime peruenerint, igitur merita præuisa, saltem in illis, in causa esse non potuerunt, ut prædestinarentur.

4. Ratio.

Aduersarij respondent, hos fuisse prædestinatos, non quidem propter merita, quæ fuerant habituri, sed quæ fuissent habituri, si ad legitimam ætatem peruenerint. Itaque bonus usus liberi arbitrij, non quæ aliquando erant habituri, sed quem habuissent, si ad legitimam ætatem peruenerint, in causa fuit ut prædestinarentur.

Dilutio rationis.

Hanc tamen responsionem improbat Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum cap. 12. 13. & 14. Ac primum contra illam sic argumentatur Augustinus. Futura, quæ non

Improbatio responsionis.

August.

Euasio argumeti.

causa sine qua non ex parte prædestinati, non obstat liberalitati prædestinantis.

Ad Titum 3.

Refutatio euasionis.

Vehementissimum argumentum.

Illi tamen dicunt huiusmodi usum liberi arbitrij non se habere ad prædestinationem ut causam propter quam deus prædestinat, hoc enim esset impium sentire, sed ut causam sine qua non homo prædestinaretur, quod genus causæ ex parte hominis existens, non repugnat prædestinationi, nihil enim influit in effectum causando effectiue, formaliter, aut finaliter, sed solum se habet ut quiddam requisitum sine quo effectus ille minime sequeretur, ut patet in aperture fenestrate respectu illuminationis domus, & in approximatione respectu calefactionis a calido efficiende. Quocirca aiunt hoc genus causæ posite ex parte hominis prædestinati non obstare, quominus prædestinatio fiat ex Dei misericordia, & benignitate, cum illa dispositio ex se ad tantum bonum consequendum non sit sufficiens, nisi adsit Dei miseratio, & gratia. Et hoc ait D. Paulus, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Quibus verbis tollit D. Paulus ex parte saluandorum opera iustitiæ quibus mererentur saluari, non tamen meritum congruentiæ, quibus congruerent saluti.

His nos obijcimus, eodem eos testimonio coargui, quo sententiam suam probatam esse volunt. Nam & bonus usus liberi arbitrij iustificationem antecedens, opus est quiddam iustitiæ, si minus perfectæ, cum non sit vitæ sempiternæ meritoria, saltem imperfectæ, quæ in sola bonitate morali consistit. At Paulus inquit non fuisse hominibus salutem, quæ in Christo est, datam, propter opera iustitiæ, quæ fecissent. Idem et Paulus ait de Iacob, & Esau, cum nihil boni aut mali egissent, At bonus aut malus usus liberi arbitrij præuisus, est bonum aliquod, aut malum opus præuisum, non igitur bonus usus liberi arbitrij præuisus esse potest causa villo modo prædestinationis. Aliter falsodiceret Paulus, cum nihil boni

sunt

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Futu-  
gata quae  
non sunt  
futura,  
nulla  
sunt me-  
rita.

sunt futura, neque puniri, neque premio affici possunt, at paruulorum merita aut bona, aut mala non sunt praesumpta futura, non est igitur quod pro eis aut poena afficiantur, aut premio. Non est igitur quod dicatur paruulos fuisse praedestinos propter merita, non quidem quae praesumpti fuerunt habituri, sed quae habuissent, si ad legitimam aetatem peruenissent.

Præterea, Apostolus limitem fixit, quem transgredi non licet, omnes, inquit, stabimus ante tribunal Christi, ut referat unus quisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum, gessit inquit, & non adiunxit, gesturus fuit, non est igitur quod dicatur, paruulos fuisse praedestinos propter merita quae habituri fuissent in vita manentes, aut fuisse improbatos propter demerita, quae habuissent, si vixissent.

Et confirmatur, quia si in non baptizatis peccata iure puniuntur ea, quae habituri fuissent, si vixissent, consentaneum est et, & quasi co-sectariū, ut et baptizatis peccata remittantur, & condonentur ea, quae habituri fuissent, si vixissent, alioqui magna Dei gratiae fieret iniuria, si peccatum futurum praenosci possit, & non ignosci, At hoc absurdum est ut peccata futura, si viuerent, peccatoribus dimittantur, igitur absurdum est etiam eadem eisdem imputari.

Postremo sic argumentatur Augustinus, si paruuli puniuntur pro peccatis, non quae ad miserunt viuentes: sed quae admisissent, si vixissent, non est quod cuique illud pro-sit, quod est a sapiente dictum, raptus est, nemalitia mutaret intellectum eius, prodest aut maxime hominem imatura morte e vita excedere, sic enim ex peccandi periculo eripitur, & in non peccandi securitate constituitur, ut docet Cyprianus in libro de mortalitate, non est igitur quod homines impro-bentur, & a sine suo supernaturali excludan-tur, pro peccatis quae non commiserunt, sed commisissent, si diutius in vita permansissent.

Tandem huius sententiae illud est consequens, paruulum baptizatum & vita excedentem non solum gloriam adipisci, verum et tam perfectioem gloriae, quantam accipisset

si per annos multos in gratia cum Deo vixisset, etenim Deus non solum praedestinat ad gloriam, verum etiam ad tantum gradum gloriae, quem homo proprijs meritis efficit sibi debitum, unde si Deus propter huiusmodi conditionalem usum liberi arbitrij paruulos praedestinet, etiam propter bonitatem illius usus, ad certum et gradum praemij praedestinet: consequens autem nullus sana mentis admittet, igitur neque antecedens.

Dicendum est igitur cum Augustino locis supra citatis, paruulos aut merito regenerationis transire de malis ad bona, aut merito originis, hoc est, originalis peccati, transire de malis ad mala. Porro quod iste paruuli peruenerint ad regenerationem, illi vero non peruenerint, hoc non complexioni naturali, aut cursui naturae tribuendum est, ut quidam putauerunt, sed diuinae misericordiae & iustitiae, diuinae quidem misericordiae in ijs qui regenerantur, iuxta illam Pauli sententiam, secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, diuinae vero iustitiae, in ijs qui morte praeventi ad regenerationem non peruenerunt, debitores enim erant Deo propter peccatum originale, quod contraxerunt. Lege Augustinum in libro de praedest. sanct. cap. 15.

Quinto pro eadem, quam asserimus & defendimus sententia, sic argumentor. Sicut praedestinus est Christus ut caput nostrum esset, sic multi sunt praedestinati ut membra eius essent, At Christus nullis meritis praecedentibus est praedestinus filius Dei, igitur nec nos ullis meritis praesumptis sumus praedestinati membra eius. Haec argumentatio est Augustini in lib. de praedest. sanct. cap. 15. lege ibi.

Diluuntur argumenta aduersariae opinionis, & sententiae.

Quoniam sententiam, quam probamus, multis argumentis confirmauimus, sequitur ut aduersariae opinionis argumenta, & fundamenta diluamus. Principio, quod attinet ad auctoritates patrum, quorum sententias supra retulimus, eisdem nos cum Augustino in libro de praedest. sanct. cap. 14.

Resolu-  
tio qua-  
ritur et  
Augusti-

Tibi,

Ratio,

Merito  
d cog  
aliqui  
sapit  
gianu

A d

Volu  
Dei e  
rio, a  
tas, &  
ritia

Diui  
praed  
natio  
& re  
bati  
est al  
cau  
com  
no r  
in i  
cu l  
Au

Patres  
qui Aug.  
antece-  
runt min-  
caute, &  
cit cuspe  
& de gra-  
tia locuti  
sunt,



in hunc modum respondemus. Quid igitur opus est vt eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non haberent necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione, versari, quod proculdubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Vnde factum est, vt de gratia Dei quid sentirent, breuiter quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent, immorarentur vero in eis, quæ aduersus alios inimicos Ecclesiæ, disputabant, & in exhortationibus ad quascunq; virtutes, quibus Deo viuo & vero pro adipiscenda vita æterna, & vera felicitate seruitur.

Itaq; cum pelagiana hæresis non dū esset. exorta, Patres minus caute, minusq; circumspecte de diuina gratia, & prædestinatione locuti sunt, quod proculdubio non fecissent, si pelagiana hæresis tunc viguisset, etenim diuinam gratiam, & misericordiam extulisset, in qua extollenda, & hominibus cōmendanda tantopere D. Paulus eleborauit, & Pauli vestigia secutus, D. Augusti. Quocirca illā distinctionem, nempe de causa propterquā & de causa sine qua non, in hac de gratia, & de prædestinatione quæstione, omnino repudiandam putamus. Etenim Patres, si hæresis pelagiana ipsorum memoria viguisset, non solum meritum de condigno, sed etiam meritum de congruo, & omnino omnem ex parte nostra causalitatem sustulissent.

Deinde, quod attinet ad argumenta, Ad primū concedunt theologi voluntatē Dei esse rationabilissimam, cum ipsa sit regula infallibilis, & indeclinabilis, cui omnis creata voluntas debeat cōformari, sitq; ipsamet rectitudo, æquitas, & iustitia. Vnde quidquid agit non sine iustitia, neq; sine ratione agit præsertim in ijs, quæ ad hominum salutem pertinent. Concedunt præterea diuinæ prædestinationis, & reprobationis esse causam aliquam in cōmuni, non tamen in particulari. Etenim diuinæ prædestinationis in cōmuni causa est declaratio diuinæ perfectionis per modum bonitatis, reprobationis vero, declaratio eiusdem per modum iustitiæ punitiue. Nam vt docet Aug. in l. de prædest. san-

ctorum, non pot tatum iustus dici Deus, sed iustus, & misericors. Vt igitur suam iustitiam & misericordiā ostenderet, aliquos prædestinauit, alios vero reprobauit. Nam si omnes saluarentur, ita eius eluceret misericordia, vt interim eius non eluceret iustitia, contra vero, si omnes dānarentur, ita eius iustitia ostenderetur, vt interim misericordia non appareret. Volens igitur deus suam & misericordiam & iustitiam demonstrare aliquos delegit, cui salutē impertiret, alios vero in cōmuni massa perditionis reliquit.

Cæterum cur Deus voluit hos esse saluos, illos vero non item, hoc in quibusdam theologi, non habere rationem, sed admirationē, iuxta illud Pauli, o Altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sūt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Nam huius effectus nulla alia est causa, quā diuina voluntas, quæ tamen iniusta esse non pot, cum ipsa sit regula iustitiæ indefectibilis, & indeclinabilis. Hac doctrina est D. Augustini multis in locis, in quibus docet omnes homines merito lapsus Adami fuisse diuinæ iustitiæ vltioni obnoxios, quibusdā tamen fuisse debitum condonatū, alijs vero nō item, vt in ijs qui liberarentur diuina misericordia, in ijs vero qui relinquerentur, diuinæ iustitiæ seueritas ostenderetur. Fuit ergo diuina voluntas iustissima, & rationabilissima ijs qui liberantur indebitam misericordiam tribuens, ijs vero qui relinquuntur debitam vltionem.

Pro maiore harum rerum intelligentia notandum est, in hac materia duas esse quæstiones, indefinitam vnā, singularē alterā. Indefinita quæstio est, qua quæritur, cur deus quosdam prædestinauerit, quosdam vero reprobauerit. Singularis vero quæstio est, qua quæritur, cur Deus hos quidem prædestinauerit, illos vero reprobauerit. Prioris effectus est causa aliqua, eaq; assignabilis, nempe manifestatio diuinæ bonitatis in ijs qui prædestinantur, & declaratio diuinæ iustitiæ in ijs, qui improbantur.

Posterioris vero effectus, quidam causam aliquam esse tradunt, nobis tamen occultā.

Rom. xi.

Augusti.

In materia prædestinationis duæ quæstiones ponuntur, vnā indefinita, alia singularis, illius causa aliqua, huius vero vel nulla, vel certe aliqua est causa, ea tamen occulta.

Et

solu. quæst. nis et gusti.

atio,

Meritum a congruo aliquid sapit Pelagianū.

Ad i.

Voluntas Dei est ratio, æquitas, & iustitia.

Diuinæ prædestinationis, & reprobationis est aliqua causa in cōmuni, non tamen in particulari Augusti.

Patres Aug. ecelle min. te, & cūspe de gra locuti.

DISTINCT. 40. TE 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

**Augusti,** Et videtur hoc esse demente D. Aug. Is siquidem de Ciuit. Dei libro 12. cap. vltimo sic ait. Ex illo enim, nempe primo parente, futuri erant homines, abj malis Angelis in supplicio, alij vero bonis in premio sociandi, quauis occulto dei iudicio, sed tamē iusto. Cū enī scriptum sit, vniuersae viae domini, misericordia, & veritas, neq; iniusta ei gratia, neq; crudelis esse pōt eius iustitia. Huc etiam pertinent illa eius testimonia, quae supra citauimus, & sententijs veterū Patrum cōmemoratis, adiunximus. D. Bona. 1. 5. d. 41. q. 2.

**Bonanē.** Alijs visum est posterioris effectus nullā aliam esse causam, quam diuinam voluntatem, hos quidem pro suo arbitrio eligentem, illos vero reprobantem, id quod declarant exemplis, partim sumptis ex ijs quae natura, partim vero sumptis ex ijs, quae arte constāt. Etenim cum prima materia secundum se sit vniformis, reddi pōt causa, quare vna pars materiae sit sub forma ignis a Deo condita, altera vero sub forma terrae, nempe diuersitas specierum, ceterum cur hac pars materiae si gnabilis sit sub forma ignis, illa vero sub forma terrae, nulla est alia causa, quā diuina voluntas. Ad hunc etiam modum ratio artis postulat, vt lapides aliqui sint in summa domus parte collocati, aliqui vero in infima, veluti in fundamento, ceterum cur isti lapides summam domus partem obtinuerint, illi vero infimā, nulla est causa alia quam voluntas artificis. Similiter etiam reddi ratio pōt, quare figulus ex eodem luto fingat vasa quaedā honestioribus, & nobilioribus vsibus destinata, quaedam vero vilioribus, & ignobilioribus. Id siquidem ratio rei familiaris postulat, & requirit, iuxta illam Pauli sententiam, in magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea: sed etiā lignea, & fictilia, & quaedam quidem in honorem, quaedam in contumeliam. Sed quare ex hac parte luti fingatur vas in honorem, ex illa vas in contumeliam, id ex simplici artificis voluntate pendet. D. Thomas. 1. p. q. 23. ar. 5.

Et haec eius sententia est de mente & sensu Augustini, cum locis illis omnibus, quos supra cōmemorauimus, tum praesertim in li-

bro de verbis Apostoli sermone. 7. Quo loco sic ait Augustinus. Quare illū, & quare illū, & quare non illū, atq; illū? Nolo a me quaras. Homo sum, profundum aduerto, nō penetrao, ex pauesco, non scrutor. In scrutabilia sunt enim iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Homo erat, qui dicebat, o homo tu quis es, qui respondeas Deo: Homo dicebat, homini dicebat.

Praeterea primo Retractionū libro cap. 22. cum diuinā electionem, tū reprobationē soli diuināe voluntati attributam esse voluit. Elegit enim quos voluit, similiter reprobauit quos voluit, non futura merita aut demerita praesentens, veritate tamen rectissima, & a nostris sensibus remotissima. Et hoc loco retractatum est ab Augustino, quidquid alibi huic doctrinae cōtrariū senserit, & docuerit.

Postremo, hoc loco est ad memoriam reuocanda illa effectū praedestinationis distinctio, nempe secundum partes, & secundū totalitatem. Etenim effectū praedestinationis secundum suas partes est aliqua causa, secundum totalitatem vero, non item, vt supra docuimus.

Ad secundum respondetur, praedestinationem accipi duobus modis, vno modo quoad id quod principaliter significat, altero modo quoad id quod cōnotat. Similiter & reprobatio. Praedestinationis siquidem connotat gloriam sempiternam tanquam primariū effectū, reprobatio vero connotat punitionē. Praedestinationis igitur, similiter & reprobationis, quoad id quod vtrūq; significat, nulla ex parte eorum qui praedestinantur, aut reprobantur datur causa, neq; condignitatis, neq; congruentiae. Datur tamen quoad connotatū, Etenim gloria non nisi bene de Deo meritis tribuitur, quemadmodum poena non nisi male de Deo meritis infligitur. Ita nemo glorificatur, nisi congruat glorificationi & nemo punitur, nisi congruat punitioni.

Ad tertium respondeatur, effectū nullum in Dei familiam recipi, nisi idoneum qui recipiatur, est autē ille qui in finali gratia decessit, non tamen ita res habet secundum praescientiam, vt. s. finalis vsus gratiae praesensio

**Augusti,**  
**Rom, 11,**  
**Rom, 9,**

**Augusti-**  
nus diu  
nā prae  
destina  
tione, & re  
probatio  
nem soli  
Dei volū  
tati attri  
buit,

**Ad, 2,**  
**Prædesti**  
nationis  
& repro  
bationis,  
quoad id  
quod v  
trūq; si  
gnificat  
nulla da  
tur causa  
bene ta  
men quo  
ad cōno  
tatum,

**Ad 3,**  
Effectū  
nullus ad  
Dei fami  
liā admi  
tatur nisi  
dignus q

admi  
tur, &  
lus re  
tur, r  
dignu  
reijcia  
tur  
tamen  
rei ha  
secū d  
presec  
  
Ad 4  
A cce  
Perso  
rū qu  
do est  
  
In ijs  
ex so  
betal  
te de  
tur,  
inve  
tur a  
prio  
sona  
  
Mat  
  
Rom  
  
Imp  
tio  
tio  
  
Aug  
  
In r  
tio  
de f  
ro  
us r  
li c  
rali

admittatur, & nullus reijciatur, nisi dignus q reijcia- tur. Non tamen sic res habet secundum praescientia sit causa eius dei voluntatis, & propositi, quo deus voluit hos, & illos ad celestem beatitudinem admittere, vt iam docuimus. Similiter effectu, nullus ex dei familia excluditur, nisi dignus qui excludatur, est aut ille qui in peccato e vita excessit. Operarijs enim iniquitatis dicendum est, discedite a me. At secundum praescientiam non ita res habet. Non enim peccati finalis prauiusio est in causa vt iste reprobetur, vt ia diximus, & multo amplius dicemus, cu de reprobatione suscepta a nobis fuerit sdiputatio.

tas iniusta esse non pot, venit enim de occultissimis meritis. Nos his facile respondemus, ac ad primum, negamus in liberalitate et reperiri personarum acceptionem, Nam vbi nulla est obligatio, nulla est etiam personaru acceptio: iam aut in ijs, quae nullo ex debito, sed ex sola liberalitate fiunt, nulla interuenit obligatio, ac proinde si aequae dignis non fiat aequa distributio, nulla est iniustitia, & nulla omnino acceptio personarum.

etiam iustus.

Ad secundam vero improbationem supra ex autoritate Augustini locis citatis dicimus, Deum siue misericordiam praestando, siue eandem denegando, non facere iniuste, vt idem docet Aug. in lib. 8. q. quaest. 68. ad finem, cum ipsius voluntas sit ipsa rectitudo, aequitas, & iustitia. Quod aut Augustinus dicit, voluntatem Dei, siue praedestinantis, siue reprobantis ob id non esse iniustam, quia veniat de occultissimis animarum meritis: id docet magister fuisse retractatum ab Augustino, non quidem in se, sed in suo simili, retractando. s. id quod alibi scripserat, nempe Iacob fuisse a Deo electum, quia Deum illum sibi crediturum praesciuerat. Vide *Retract. cap. 23.*

Deus siue misericordiam praestando, siue ea denegando non facit iniuste.

Statigitur firma, & inconcussa nostra illa, quam sequimur, sententia, nempe Deum praedestinasse D. Petrum, non quia eum se secuturum, & praecipis ipsius ad finem vsq; obtemperaturum prauiderat, sed quia voluit. Ita pater, quia sic placitum fuit ante te. Contra vero ludam reprobasse, non quia prauius sit in fide, & officio non permansurus, sed quia sic Deo placuit.

LUC. II.

Et confirmatur illa Christi Lucae. 10. de Tyrijs, & sidonijs sententia. Aperte enim testatur Christus, quod si ipsis praedicasset, & miracula coram ipsis fecisset ea, quae in Capharnaos, & Corrohozain, & Bethsaida fecit, fore vt conuerterentur, & peccatorum suorum poenitentiam agerent. Iam ergo sic licet argumentari. Tyrij, & sidonij prauius sunt bene vsuri vocatione, & tamen non sunt vocati, igitur bonus vsus liberi arbitrij circa ea, quae ad bonos mores, & salutem pertinent, non est in causa, vt homines vocentur, ac demum praedest-

Confirmatio vehementissima.

Ad 4. Acceptionem personarum quando est. Hoc siquidem est contra iustitiae rationem, quae suum cuique tribuit pro dignitate. Longe tamen aliter se res habet in ijs, quae non ex debito, sed ex sola dantis liberalitate tribuntur. In his siquidem pot quispiam non solum dare cui vult, & non dare cui nolit, verum etiam plus vni, & minus alteri dare, citra iustitiae prauidicium, dum modo nulli debitum detrahatur. Et hoc est quod dixit pater familias Math. 20. Tolle quod tuum est, & vade.

An non licet mihi, quod volo facere? Ia aut cum homo ad beatitudinem nullo ex merito, sed solum ex Dei gratia destinatur, vt satis abunde docuimus, sequitur vt Deus non sit personarum acceptor, neq; faciat contra rationem iustitiae distributivam, si duobus aequalibus, huic velit dare gloriam, illi vero non item.

Matth. 20. An non licet mihi, quod volo facere? Ia aut cum homo ad beatitudinem nullo ex merito, sed solum ex Dei gratia destinatur, vt satis abunde docuimus, sequitur vt Deus non sit personarum acceptor, neq; faciat contra rationem iustitiae distributivam, si duobus aequalibus, huic velit dare gloriam, illi vero non item. Nulli enim dandi est debitor. Quocirca cui vult, miseretur, & cui vult, misericordiam subtrahit.

Rom. 9. Hanc tamen responsionem improbant aduersarij, tum quia & liberalitas suam habeat personarum acceptionem, si aequae dignis non fiat aequa distributio, tum quia in negotio praedestinationis Augustinus Deum faciat non solum liberalem, verum etiam iustum, inquit enim duodecimo de Ciuit. Dei libro cap. vltimo, neq; iniustam Dei gratiam, neq; crudelem esse posse eius iustitiam. Item in lib. 8. q. quaestione. 68. sic ait, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Sed haec volu-

Improbatio solutionis Augusti. In negatione praedestinationis deus non obligatus est liberalis, sed

seretur, & quem vult indurat. Sed haec volu-

**DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.**

destinentur, sed sola Dei voluntas, & beneplacitum. Cui enim vult, miseretur & quem vult, indurat.

Sunt tamen qui dixerint, ut refert Aug. in libro de bono perseverantiae cap. 10. propterea Christum non praedicasse Tyrijs, & Sydonijs, quia praeviderat eos a fide semel suscepta discessuros. Quocirca eius in Tyrios, & Sidonios indulgentia, & clementia factum est, ut illis minime praedicaret, & miracula eorum aspectibus subtraheret, siquidem graviori poenae obnoxij fierent, si fidem, quam susceperant, reliquissent, quam si eam nullo tempore suscepissent. Maluit igitur dominus eos non accedere ad fidem, quam scelere graviore discedere a fide, id quod eos, si accepisset, praeviderat fuisse facturos.

Obijcit Augustinus. Cur non factum est, ut crederent potius, & subinde hoc eis praestaretur, ut antequam fidem relinquerent, migrarent ex vita, quemadmodum consultum est illi, qui raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius? inquit Augustinus. Huic objectioni forsitan responderet ille, cui placuit isto modo hanc solvere quaestionem, ego vero quid responderi possit, ignoro.

Tandem concludit Augustinus? Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, qui quibus vult subvenire, etiam non volentibus, neque currentibus, subvenit, & quibus non vult subvenire, non subvenit, de quibus in sua praedestinatione occulte quidem, sed iuste, aliud iudicavit, Non enim est iniquitas apud Deum, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius.

Ad quintum respondet Augustinus in lib. de bono perseverantiae, sic inquit. Vniuersae viae domini misericordia, & veritas, inuestigabilis ergo est misericordia, qua cuius vult, miseretur, nullis eius praecedentibus meritis, & inuestigabilis veritas, qua quem vult indurat, eius quidem praecedentibus meritis, sed cum eo cuius miseretur, plerumque communibus. Sicut duorum geminorum, quorum unus assumitur, alius non assumitur, dispar est exitus, merita communia. In quibus tamen sic alter magna dei bonitate liberatur, ut alter nulla

eius iniquitate damnetur. Num quid iniquitas est apud Deum? Absit. Sed inuestigabiles sunt viae ipsius. Itaque misericordiam eius in ijs, qui liberantur, & veritatem in ijs, qui puniuntur, sine dubitatione credamus: neque inscrutabilia scrutari, & inuestigabilia vestigare conemur.

Tandem concludit August. neque cuiquam secundum sua merita gratia dari, neque quem nisi suis meritis puniri, siue pares qui liberantur, atque puniuntur, siue dispaes habeant causas malas, ut qui videtur stare, videat ne cadat, & qui gloriatur, non in se ipso, sed in domino gloriatur.

Ex hac August. doctrina colligitur, Deum praedestinare misericorditer, ut qui nullis eius qui praedestinator antecedentibus meritis, praedestinet, reprobare vero iuste, ut pote quia non nisi meritis antecedentibus reprobetur. Id quod verum est accipiendo reprobationem, quoad connotatum, quod est punitione. Aperte enim inquit August. in ijs qui liberantur dei misericordiam, in ijs vero qui puniuntur, veritatem, & iustitiam perspicere. Quoad modum igitur Deus est misericors destinando ad gloriam, alioqui in meritum, ita est iustus & minime crudelis destinando ad poenam, alioqui reus poenae, si minus propter actualia peccata, saltem propter originale, quo peccato praevidit Deus omnes ab Adamo prognatos esse involuendos. Condonat igitur Deus hoc peccatum omnium commune, quibus vult, alijs non condonat, quos eisdem iuste punit. Et quemadmodum in condonando misericors, ita in non condonando nequaquam in misericors, & crudelis censendus & habendus est, sed iustus. Caeterum quod istis debitum condonet, illis vero non item, hoc totum ex simplici Dei voluntate pendet, eiusque rei altera nulla afferri, & assignari potest causa, quam ipsa Dei voluntas, rationalis tamen, & iustissima. An non licet ei facere, quidquid vult? Et latum dicere potest ei, qui se finxit, cur me fecisti sic? o homo tu quis es, qui respondeas Deo? Quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi? Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Quocirca optime, &

Deus pro  
destinat  
misericorditer,  
reprobat  
vero iuste.

ad 5

Cap. 11.  
Misericordia Dei in liberandis & veritas in danandis hominibus est non vestigabilis.

Math. 20.

Rom. 9.

Rom. 11.

Rom. 9,

Ad 6,

Ad 7

singulorum effectum praedestinationis causa, omnium mulnitem,

Ad 8

& pijsime dicebat Augustinus, Quare illū, & non illum, nolo a me queras, profundum aduerto, non penetro, expauesco, non scrutor, inscrutabilia sunt enim iudicia eius, & inuestigabiles viae eius.

Ad 6, Ad sextum respondetur concedendo antecedens. Nam ut idem est testatur August. 12. de Civit. cap. ultimo, cū scriptū sit, vniuersa viae domini, misericordia, & veritas, neq; iniusta eius gratia, neq; crudelis esse potest eius iustitia. Negamus tamen minorem, attendēdo totalem praedestinationis effectum in particulari, secus in vniuersali, & indefinite. Nā praedestinationis, uti diximus, in vniuersali ratio aliqua assignari potest, eaque aequissima, & iustissima. Aequissimum enim fuit diuinā perfectionem non vno modo, sed multis declarari. Nam si omnes saluarentur, diuina perfectio per modum misericordiae solū declarata fuisset, non per modum iustitiae, & si omnes dānarentur, diuina perfectio solum per modum iustitiae manifestata fuisset, non per modum misericordiae, At decuit diuinā perfectionem utroq; modo declarari, & hominibus commendari.

Ad 7, Ad septimū respondetur negando singulas argumentationis partes. Ac primū negatur hanc opinionem repugnare literis factis. Ad probationem vero negatur, vel certe distinguitur consecutio. Nam praedestinatio quoad omnes suos effectus nullam prorsus ex parte nostra habet causam, habet tamen quoad singulos. Etenim collatio gratiae in homine quandā requirit dispositionem, sine qua gratia non confertur. Hac tamen dispositio in homine fit Deo quidem operante, homine vero cooperante. Collatio vero gloriae requirit in homine opera meritoria, quae sunt ab homine interuentu gratiae, Deo nobis operantibus cooperante. Ad eundem etiā modū Christus beneficia illa temporalia hominibus praestiturus, dispositionem quandā in eis requirebat, qua se se dignos illos beneficijs efficerent, haec autē dispositio erat fides, qua crederent se liberandos, illudque beneficiū quod postulabant, impetraturos.

Ad 8, Ad octauū difficilior est responsio, nos ta-

men respondebimus. Iam, enim diximus, q. 2. voluntatem Dei se habere ad praedestinationem antecedenter, & consequenter. Voluntas antecedit illa voluntas, qua Deus voluit aliquibus suam cōmunicare beatitudinē, quam consequitur praedestinatio, hoc est, ratio ordinis, siue transmissionis hominis in finē diuina mente excogitata: & postremo diuina voluntate comprobata. Praescientia igitur supponit illam priorem voluntatem, nō posteriorem. Ceterum in hac posteriore voluntate consistit praedestinatio, nō in priore. Est igitur sensus illorum verborū. Quos praesciuit beatificandos voluntate antecedente, hos praedestinavit, hoc est, praordinauit, & praefiniuit ut in praesenti quidē fierent Christiformes per gratiam, in futuro vero per gloriam, in quovtroque consistit potissimus praedestinationis effectus. Negatur igitur quod praedestinatio importet voluntatē dandi gloriam, sed rationem potius diuina mente excogitatā transmittēdi ad gloriam, diuina voluntate cōprobatam: quae non antecedit, sed consequitur potius praescientiam saluādorū.

Ad nonū, negatur antecedens. Ad probationē vero, negatur consequens. Nam si praedestinati necessitate quadā beneficerent, nunquam possent male facere, at legimus in literis sanctis multos praedestinos multa peccata cōmississe, ut constat in Dauide, in latrone Cruci ad latus Christi suffixo, in foemina illa peccatrice, in publicano, admirabili Christi vocatione ad Apostolatū ascito, Nō igitur praedestinati necessitate quadā benefaciunt, quippe qui per arbitrij libertatem nō solū bona faciunt, verū etiā & mala, quae ipsa tamen eis, Christi gratia, condonantur. Verū est tamen, quod praedestinus finaliter bene operabitur, propter infallibilitatē & certitudinem praedestinationis. Quam tamen extremā operationem bonam, deoque gratam exequitur praedestinus, non quidem necessitate absoluta, licet necessario necessitate conditionata. Supposito enim quod sit praedestinus, non potest finaliter male operari, ut interim absolute possit male operari. Ceterū hac de re latius desleremus,

Quomodo se habeat praescientia ad praedestinationem,

Ad 9,

Praedestinati non deneccitate benefaciunt,

Praedestinus finaliter bene operabitur,

DISTINCT. 40 ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

cum de certitudine praedestinationis disputa-  
bimus.

Ad 10,

Praedesti-  
nati & dei  
& sua vo-  
luntate bo-  
ni sunt,

Ad decimum. Respondemus homines praedestinos, & sua, & Dei voluntate bonos esse: bonos inquam bonitate hominem ordinante in vitam aeternam. Ea siquidem bonitas cum nostra est, tum Dei ipsius. Est qui deus ipse Dei, quatenus eodem operatore bonum volumus, & cooperatore, atque coadiutore, bonum volitum prosequimur. Etenim ut ait D. Paul. ipse operatur in nobis velle & perficere, hoc est, operatur in nobis ut velimus, & cum volumus, perficiamus. Unde ut ait Augustinus, sine ipso aut operante ut velimus aut cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. Ea tamen opera sunt nostra, quatenus & Deo operanti, hoc est, excitanti & mouenti ut velimus, libere acquiescimus, & consentimus, & cooperanti, libere cooperamur eliciendo bonas illas, & pias actiones. Itaque fit ut non solum Dei, verum etiam & nostra voluntate boni simus. Mali vero sola nostra voluntate. Scriptum est enim, perditio tua Israel, tantum modo ex me auxilium tuum. Ad quam tamen malitiam Deus licet non concurrat positue influendo, concurrat tamen subtrahendo auxilia efficaciam, quibus homo praepediretur a peccando, licet non subtrahat auxilia sufficientia, quibus possit non peccare.

Ad 11,

Ad undecimum respondetur, Deum praemio afficere nostra opera, & sua dona. Nostra quidem opera ut quae a libera voluntate nostra producantur, sua vero dona, quatenus illa opera non sunt a nobis sine speciali ipsius concursu, ipsius inquam mouentis, & excitantis ad operandum, & eadem per gratiam inherentem gratificantis. Negatur igitur opera, quae praedestinati faciunt, non suo eas iudicio, aut voluntate facere, sed Dei voluntate, qui eos praedestinavit, & bonos esse decrevit ac praefiniuit.

Ad 12,

Ad 12 respondetur negando illud, namque ubi nulla est obligatio, non fit contra rationem iustitiae distributivae, si duobus aequalibus, huic detur, illi non item. Vel certe plus uni detur & tribuatur, quam alteri, ut iam dixi-

mus in responsione ad. 4. arg.

Ad 11,

Ad 13. iam est, cumularissime responsum in solutione quinti argumenti.

Ad 14,

Ad 14. negatur consecutio. Nam ut diximus in responsione ad. 5. de mente Augusti. Deus praedestinat misericorditer, reprobatur autem iniuste. Nam gratia quae primus est praedestinationis effectus, nulli datur secundum sua merita. At poena, quae postremus est reprobationis effectus, nulli infligitur, nisi pro meritis. Ac proinde Deum non facimus attentiorē ad reprobatorum demerita intuenda, quam ad praedestinatorum merita prospicienda. Et ita non concludit argumentum id quod est propositum.

Ad 15,

Ad 15. concessa Maiore, & Minore, negatur consequens quoad utramque sui particulam. Ad probationem vero, negatur praedestinationem esse voluntatem dandi gloriam, & reprobationem voluntatem infligendi poenam. Etenim si hoc solum importarent praedestinatio, & reprobatio, proculdubio argumentum concluderet id quod erat propositum. Iam autem praedestinatio non solum declarat voluntatem sempiternam tribuendi gloriam, verum etiam & gratiam, quam nulla hominum merita antecedunt. Quamvis igitur homini detur gloria pro meritis, gratia tamen iustificans, & gratificans nullis meritis datur, sed sola Dei spontanea voluntate. Praedestinatio autem utrumque in sui notione complectitur, nempe appositionem gratiae in praesenti, & collationem gloriae in futuro: cuius totalis effectus nulla, ex parte nostra, est assignabilis causa.

Similiter, Reprobatio non solum importat voluntatem inferendi poenam, sed multa alia, ut loco suo vberius exponemus, quorum omnium nulla, ex parte nostra, est causa dabilis. Vel certe diluitur argumentum, adhibita distinctione. Nam merita referri possunt, vel ad ipsam aeternam Dei ordinationem vel ad ipsam temporalem, & actualem dationem beatitudinis. Cōcedimus igitur, deum dare in tempore beatitudinem propter merita, similiter praordinasse dare in tempore beatitudinem propter merita, non tamen praordinasse ad beatitudinem propter merita,

ita

ita quod merita concurrant ad dationem, temporalem, non tamen ad ipsam Dei praedestinationem, aut dationem in proposito voluntatis. Haec huius argumenti est aptior solutio. Ita argumenta aduersaria sententiae sunt in hunc modum dissoluta,

D I L V V N T V R A R G V M E N T A initio quaestionis posita.

**P**rimo argumento tangitur illa difficultas, sit ne conueniens ut hominum aliqui reprobentur, hoc est, sine ultimo & super naturali frustrantur. Constante asserimus illud esse conueniens. Etenim ad prouisorum pertinet permittere aliquem defectum in rebus defectibus quae ipsius prouidentiae subduntur, in ordine ad aliquem finem per se ab ipso prouisore intentum, uti diximus in materia de diuina prouidentia, cum igitur homines in vitam aeternam per diuinam prouidentiam ordinentur, sintque defectibiles, sequitur ut ad eandem prouidentiam pertineat, permittat ut aliqui ab hoc fine deficient, in ordine ad finem aliquem per se intentum, qui finis est reluctance diuinae iustitiae. Quamuis igitur bonitate dei sint non modo homines, verum etiam omnia quae sunt, non tamen iam inde efficitur, ut bene sit omnibus, cum deceat diuinae bonitatis perfectionem non solum uno modo verum et multis modis declarari, nunc appositione perfectionis, nunc subtractione eiusdem, in qua malum consistit, nunc per modum misericordiae, nunc per modum iustitiae: iustitiae inquam punitiuae, quae nulla esset, si nulla culpa esset.

Si dicas. Iustitia punitiua non est eiusmodi, quae per se possit intendi, igitur non est quod dicatur, deum aliquos permittere a fine supernaturali ipsis proposito deficere, ut in eis reluceat iustitia punitiua. Consecutio optima, ante probatur. Iustitia punitiua adhibetur peccatis solum, sed peccata non sunt per se a deo intentata, quae admodum neque causata, igitur neque iustitia punitiua consequens.

Praterea, Non sunt facienda mala ut eueniant bona, at deficere a fine supernaturali est summum malum creaturae eius, quae huic fini est diuinitus destinata, non igitur debuit permitti aliquas creaturas ab huiusmodi fine per casum

in culpa, excidere, ut inde eueniat, illud bonum, quod est diuinae iustitiae punitiuae declaratio.

Postremo, licet Deo auctore peccata non fiant, eo tamen permittente, & non impediante fiunt, at permittere peccata fieri, eo videlicet consilio & instituto, ut iustitia punitiua exerceatur, videtur esse animi immanis, & crudelis & ex poenis ac supplicijs hominum voluptatem capientis, non est igitur quod dicatur Deum aliquos reprobare, ut eius iustitia punitiua eluceat, sic enim Deus reprobaret, ut puniret. Id quod videtur nimis immane, & crudele.

His facile respondetur. Ad primum respondetur negatione antecedentis. Etenim iustitia punitiua quaedam est perfectio utpote quia sit habitus animi, ac proinde per se est expetenda. Ad probationem vero antecedentis dicitur, quod licet absolute non per se intendatur iustitia punitiua, supposito tamen peccato, per se intenditur, utpote per quam peccatum reordinatur, hoc est, ille ordo quem peccatum sustulit, restituitur, & reparatur.

Ad secundum respondetur, quod etsi deficere a supernaturali fine sit summum malum earum creaturarum, quae ab illo fine deficient, cedit tamen in bonum vniuersitatis, ut iam supra docuimus iam autem bonitas, & perfectio vniuersitatis preponderat bonitati, & emolumento aliquarum creaturarum.

Si adhuc contra obijcias, vniuersum fuisse perfectius, & illustrius, si nullum in eo fuisset peccatum, quod puniretur, hoc argumentum iam alibi, in materia scilicet de prouidentia diluimus.

Ad postremam obiectionem respondetur, Deum nequaquam permittere peccata, ea ut puniat, sed permittere, in communi quidem, propter suauem rerum quas condidit, dispositionem. Suavis enim rerum dispositio, & administratio postulat, ut creaturae suis naturis relinquuntur, cumque naturae defectibiles defectibilitati subiaceant, suavis rerum administratio postulat, ut creaturae alioqui defectibiles, deficere permittantur, ac proinde creaturae rationales a bono rationis, cum sint liberae, deflectant, ac proinde

Ad primam obiectionem respondetur.

Supposito peccato per se intenditur iustitia punitiua.

Ad 2am

Ad tertiam obiectionem.

Peccata cur permittatur.

Ad 11  
Ad 14

Ad primum principale.  
Cur aliqui reprobentur.

obieccio

peccent. In particulari vero, nēpe in hoc, aut in illo, aut in hoc potius quā in illo, propter occultissimas causas, quae soli Deo sunt cognitae. Caterum positis peccatis, non pōt non consequi iustitia punitiva. Eius enim interuentu ordo ille reparatur, quem vniuersitati peccata eripuerunt. Ita fit, vt iustitia punitiva maximū sit bonū vniuersitatis, suū enim ei ordinē, suamq; pulchritudinē restituit: quatenus culpa deletur, & quasi reordinatur per pœnam.

Quod vero attinet ad illa scripturarum testimonia, quae insinuare videntur Deū velle omnes homines saluos fieri, nullum velle perire, sed velle conuerti omnes, & viuere non solū vita gratiae, sed etiā vita gloria: notandū est duplicē a Theologis tradi Dei voluntatē vnam quae dicitur voluntas beneplaciti, alteram quae dicitur voluntas antecedens. Volūtas beneplaciti est voluntas Dei efficax, eaq; proinde semper expletur. Voluntas vero aīis est eadē eius volūtas nō efficax, sed tamē prębens omnib<sup>9</sup> sufficientia auxilia, quibus possunt conuerti, viuere, & saluari. Subjicitur ergo prima propositio. Deus non vult ōnes homines conuerti, & saluos fieri voluntate beneplaciti. Nā cū hęc voluntas sit efficax, & semper impleatur, si omnes homines saluos & conuersos esse vellet voluntate beneplaciti, omnes proculdubio saluarentur, conuersis eorum voluntatibus, & in melius cōmutatis ab eo, qui pōt hominū corda quocunq; voluerit impellere, atq; cōuertere, qui etsi nō possit efficere, vt nollens velit, pōt tamē de nolēte efficere volētem. Cum autem non omnes homines salui fiant sequitur vt nō velit Deus omnes homines saluos fieri voluntate beneplaciti.

Secunda propositio. Prædicta scripturarum testimonia intelligenda sunt de volūtas antecedente, secundum quam Deus cōmunicat omnibus hominibus omnia remedia opportuna, & accomodata salutis, ceu pcepta, admonitiones non solum internas, verum etiam externas, correptiones, beneficia & multa alia, quae vniuerso hominum generi largitur, ad salutem conducentia. Quae

eius voluntas sumitur ex ordinabilitate hominis ad finem supernaturalem. Ea enim voluntate, qua Deus voluit hominem esse beatificabilem, ea vult omnes homines saluos fieri. Vnde quemadmodum stante hac hominis ad finem vitæ aeternae ordinabilitate, multi pereunt, & ab illo fine excidunt, sic etiam stante hac voluntate multi non saluantur.

voluntas aīis sumitur ex ordinabilitate hominis ad finē supernaturale

Tertia propositio. Possunt etiam hęc testimonia intelligi de voluntate beneplaciti, non secundum generalem distributionem, sed accomodam, vt sit sensus, Quicumq; saluantur dei voluntate saluātur vel sic, Nullus hominū saluatur, nisi quem Deus velit saluum fieri, sub quo etiam sensu Illa Ioannis 1. sententia intelligitur Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, id est, Nemo illuminatur in hoc mundo, nisi ab ipso Deo. Vel sic, quicumq; veniens in mundū illuminatur, is proculbio a Deo illuminatur. Quemadmodū cū vulgari sermone dicimus omnes homines intrant per hanc lanuā, nō dicimus quod ōnes intrent per illam lanuā, sed quod nemo hominū intret in illā donū nisi per illam lanuam. Ita illae propositiones verificantur non de singulis hominibus, sed de certa multitudine singulorū, vt ait Augustinus. Lege Driedonem in lib. de concordia liberi arbitrij, & prædestinationis cap. 4. Tomo. 3.

Per accomodā distributionem, Deus vult ōes homines saluos fieri.

Ad secundum argumentum principale iam alibi est responsum. Ad 2.

Ad 3. dicitur, omnino neminē dānari, aut puniri, nisi sit peccator Deus enim vt inquit Ambrosius, Neminē coronat, antequā vincat & neminē damnat antequam peccet. Caterum reprobare non solum hoc importat, verum etiam aliquid aliud, vt postea exponemus. Ad 3.

Ad quartum sublimior, & altior est responsio. Imprimis responderetur cum Diuo Paulo. O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, cur me finxisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorē, & aliud in

Ad 4.

Deo vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente.

similiter est etiam non coronatis benevolentis ponere malum.



in contumeliam? Quod si luti fictor hanc habet potestatem, cur non eadē omnipotenti Deo concedatur? Iam autē sicut lutum in manu figuli, sic domus Israel, imò vero vniuersum genus hominū in manu domini. Ex eadē ergo massa potestatem habet, & vasa irę apta ad interitū, & vasa misericordię effingere, vt illa impleat amore irę suę, hæc vero gratiæ suauitate, & dulcedine. Si enim deus, ait Paulus, volens ostēdere iram & notā facere potentiam suā sustinuit in multa patientia vasa irę apta in interitum, rursus vt ostēderet diuicias glorię suę in vasa misericordię quę preparauit in gloriam, quis est qui cū Deo super hac re expostulet, aut cōtra illū insurgat?

Secundo respondetur. Fuisse misericordię, & munificentię, impios procreasse, At iustitię debitę, eosdem dānasse, & sempiternis supplicijs addixisse. Et cū dicitur, consultius eis fuisse non esse, quam sempiterna supplicia sustinere, Negatur. Nanq̄ bonū entis præponderat omni malo pœnæ. Etenim, auctore D. Dionysio 5. cap. de diuinis nominibus, inter omnes diuinę bonitatis participationes nobilior, ac præstantior est participatio ipsius esse, vt quę fundet cæteras alias bonitatis participationes. Iam si bonū entis est simpliciter bonum, relinquatur vt malū ei oppositū, quod est non esse, sit simpliciter malū.

Hinc iam multa intelliguntur, illud est primū, simpliciter & in toto genere, meli⁹ esse hominē esse, quā non esse. Sequitur secūdo, fatius esse miserū esse, quā omnino nō esse. Sequitur tertio, in damnatis bonū entis præponderare malo pœnæ. Nā quamuis damnati sint miseri, habent tamen bonum entis. Sequitur quarto inepte eos facere, qui malunt non esse, quam miseri esse.

Porro ad confirmationem sumptā ex verbis Christi Matth. 27. respondetur, nō dixisse Christum, Melius erat ei, si non fuisset homo ille, sed dixisse, Melius erat ei, si natus nō fuisset homo ille, perinde ac si diceret, cōsultius ei fuisset, si in lucē minime editus fuisset, sed in materno vtero potius interisset. Etenim in vtero extinctus nō habuisset Iudas nisi peccatū originale, ac proinde in infernū paru-

lorū deiect⁹ nō sustinisset nisi pœnā mitissimā, at in lucē editus, & ad legitimā ætatē perductus, & postremo ad meā societatem admisus, & ad Apostolatū ascitus, grauissimū scelus perpetravit, me Iudæis tradendo, grauius de diuina misericordia desperando, seq̄ ipsū strangulando. Quibus sceleribus effectum est, vt sempiternis inferni supplicijs sit traditus immanissime eruciandus. Melius igitur erat ei si in matris vtero suffocatus interisset, quam si in lucem editus tam immania, & atrociora scelera suscepisset, pro quibus æterna tormēta sustinere cogeretur. Nota, hanc quæstionē fuisse accuratissime tractatā ab Aug. 3. de libero arbitrio, tractari etiā a theologis in 4. d. 50. tandēq̄ omnes resoluerē, bonū entis præponderare malo pœnæ. Lege ibi.

Ad quintum & postremū argumentum respondetur, potuisse Deum omnes prædestinare, & nullum re probare, itaq̄ fieret vt omnes essent agni, nulli hedi, sed non decuit, neque oportuit, eoq̄ Dei sūmo, sapienti, arcanoq̄ cōsilio, cuius intimū, abditissimūq̄ recessū nulla creatura potest ingenio consequi, aut ratiōe aliqua inuestigare. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Tandem vniuersam hanc de causa prædestinationis quæstionem cum D. Bonauentura 1. d. 41. q. 2. concludamus. Obstruatur omne os, & subditus fiat omnis mundus Deo, cuius iudicia non sunt scrutanda, sed formidanda, & silentio veneranda.

QVÆSTIO 5.

Verum ex parte Christi detur causa nostra prædestinationis?



Questio explicatur multis subiectis propositionibus. Prima propositio. Christi prædestinatio est causa exemplaris nostrę prædestinationis. Deus n. quędam gradum glorię, eumq̄ summū, ac perfectum

1. Concl. Prædestinato christi est causa exemplaris nostrę prædestinationis.

luntas  
sumi  
ex or  
abili-  
homi  
ad si-  
super  
uralē  
  
acco-  
dā di-  
butio  
n, De-  
lt oēs  
minet  
os si-

Contra

Contra

simplici-  
ter meli⁹  
est esse, q̄  
nō esse vñ  
& in dāna-  
tis bonū  
entis præ-  
ponderat  
malo pœ-  
næ.

Ad 5.

R. om. 118

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

fectum praevidit, & prae paravit, quae Deus statuit, & decrevit dare animae Christi ad summam eamque incomprehensibilem unionem cum deo prouectae, cuius quandam similitudinem, & participationem Deus voluit esse communicatam suis electis, & Christo per fidem incorporatis, igitur Christi praedestinatio est causa exemplaris nostrae praedestinationis. Consecutio firma est, quoniam exemplar siue causa exemplaris est illa ad cuius similitudinem fit aliquid. Antecedentis pars prior constat ex illa Ioan. 1. sententia, vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae, & veritatis. Item, cap. 3. ait Ioannes Baptista de Christo, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum, hoc est, gratiam spiritus sancti. Quibus verbis significat Ioannes gratiam collatam animae Christi fuisse summam, perfectissimamque, & omnem gradum gratiae dabilis non solum complectentem, verum etiam excedentem, ac proinde & gloriam animae Christi fuisse summam, perfectam aequam, & omnem gradum gloriae dabilis non solum continentem, verum etiam excedentem, siquidem perfectio beatitudinis respondeat perfectioni gratiae.

Porro posterior pars antecedentis patet ex Rom. 8. D. Paulo ad Rom. 8. quo loco ait, quos praesciuit, hos & praedestinavit, conformes fieri imaginis filij sui. Id est, quos Deus praenouit, & praevidit beatificandos, hos decrevit fore similes unigenito filio suo in praesenti quidem per gratiam, in futuro vero seculo per gloriam. Ita ut filij adoptionis filij naturalis gloriam corpore & animo adumbrarent & exprimerent. Vnde & idem Paul. ad Rom. 6. sic ait, si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

Secunda propositio. Christi praedestinatio est causa finalis nostrae praedestinationis. Probatio. Omnis electorum, & filiorum adoptionis gloria eo refertur, ut ea cedat in Christi gloriam, quatenus ipse sit caput, & princeps inter multos fratres, omnibus illis gloria, & beatitudine excellens, igitur praedestinatio Christi est causa finalis nostrae praedestinationis. Consecutio patet, Antecedens constat cum ex D. Paulo ad Rom. 8. Quos praesciuit,

inquit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primo genitus in multis fratribus, hoc est, statuit Deus ut hominum quidam naturalis filij sui gloriam animo & corpore adumbrarent, eo maxime fine, & consilio ut filij sui gloria filiorum adoptionis gloria magis illustraretur, quatenus naturalis filius filijs adoptatis cerneretur gloria, & beatitudine excellentior, atque eminentior: tum ex concilio Tridentino in decreto de iustificatione cap. 7. quo loco dicitur causam finalem nostrae iustificationis esse Dei, & christi gloriam, igitur & nostrae praedestinationis, siquidem eadem est utriusque causa.

Tertia propositio. Christi praedestinatio nostram praedestinationem non solum dignitate, verum etiam ordine & praesuppositione antecedit. Probatio. Praedestinatio Christi est causa exemplaris nostrae praedestinationis sed causa exemplaris non solum dignitate, verum etiam ordine ipsum illud quod ad exemplar efficitur, antecedit, igitur, etc.

Præterea, Finis intentione ipsa antecedit ea, quae ad finem referuntur, At Christi praedestinatio causa finalis est nostrae praedestinationis, est igitur prior non solum dignitate verum et ordine, nostra praedestinatione. Ex quo fit subinde ut Deus prius & principalius voluerit Christi gloriam, & beatitudinem, quam nostram.

Quarta propositio. Christi praedestinatio fuit causa meritoria nostrae praedestinationis hoc est, merita Christi a deo praevisa, eisdemque accepta, effecerunt, ut nos Deus ipse diligeret, & ad finem supernaturalē ordinaret. Hac conclusio ostenditur primū testimonijs scripturae, deinde sententijs Patrum, postremo argumentis & rationibus. Paulus igitur ad Eph. 1. sic ait. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, hoc est, Deus Pater intuens Christi merita, elegit nos, & statuit salvandos, antequam mundus fieret. Idem eodem loco. Praedestinavit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, hoc est, per Christi merita, ut eodem loco explanant interpretes. Item Ioan. 1. dicitur, De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam per gratiam, hoc est, omnem gratiam, a prima usque ad

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Rom. 8.

Rom. 9.

Filij adoptivi Dei filij naturalis gratiam & gloriam corpore, & animo expriment.

2. Concl.

Rom. 9.

Concillium Trident.

3. Concl.

Deus prius & principalius voluit christi beatitudinem, quam nostram.

4. Concl.

Ephes. 1.

Ioan. 1.

ulti-

omnial na spir tualia nos pe christi rita pe manam

Eph. 2.

Benedictio in f pruris, sit.

Augustus.

Rom.

Hieromus.

Ioan.

Chrysomus.

ultima & consumata, quae in sempiterna beatitudine consistit. Quibus verbis significatur omnia bona spiritualia ad nos per Christum, eiusque merita permanere, neque esse vllum spirituale bonum quod nobis non sit a Deo Christi intuitu tributum, atque concessum. Id quod D. Paulus multo apertius, & clarius expressit ad Eph. 1. sic inquit, Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo. Benedictio spiritualis, donum est spirituale, unde benedicere benedictione spirituali, est in literis sanctis, afficere donis spiritualibus. Significat ergo D. Paulus, omnia spiritualia, & caelestia dona fuisse a Deo in homines collata per Christi merita. At in donis spiritualibus gratia praedestinationis est maximum, utpote quia fons sit & origo omnium donorum, relinquatur igitur gratia praedestinationis fuisse nobis per Christi merita collatam. Unde & Paulus subiungit, sicut elegit nos in ipso, etcat.

Accedunt his testimonijs Patrum sententia. Augustinus in libro de praedestinatione sanctorum cap. 15. & in libro de bono perseverantiae cap. ultimo colligit nulla merita nostra antecedere nostram praedestinationem quia nulla merita nostra antecedunt iustificationem nostram, At iustificationem nostram antecedunt Christi merita, ut definitum est in concilio Tridentino sessione 6. cap. 3. & 7. & constat ex D. Paulo ad Rom. 3. & 4. igitur & praedestinationem nostram eadem Christi merita antecedunt. Item Hieronymus cont. Iuvenianum, expendens illa Christi verba apud Ioannem 23. Dilexisti eos, sicut & me dilexisti, sic ait, ut Deus in primo homine omnes odio habuit, ita in Christo omnes praedestinos dilexit. Intuitu ergo meritorum Christi Deus eos, quos voluit, dilexit, elegit, & praedestinavit. In hunc etiam sensum inclinat Chrysostomus in expositione huius loci. Elegit nos, inquit, in ipso perinde est ac si dicat, per quem nos benedixit, pereundem & elegit. Deinde explanans illa verba, qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, sic ait, vides ut nihil sine Christo?

Magna enim prorsus, & plurimi facienda sunt, quae a Deo collata sunt humano generi, sed quae per Christum dari contigit, multo praestantiora. Unde Petrus. Per quem nobis magna, & preciosa promissa donavit ut divina efficieremur consortes naturae.

Porro ratione illud ipsum sic conficitur. Illud est causa nostrae praedestinationis, quod est causa totius effectus ipsius praedestinationis, At Christus est causa meritoria totius effectus praedestinationis, est igitur causa nostrae praedestinationis. Minor ostenditur, vniuersus praedestinationis effectus consistit in vocatione, iustificatione & glorificatione, ut est apud Paulum ad Rom. 8. At Christus causa est nostrae vocationis, iustificationis, & glorificationis, est igitur causa meritoria totius effectus ipsius praedestinationis. Minor quoad singulas partes ostenditur. Principio quod Christus sit causa nostrae vocationis sic ostenditur. Deus elegit suos per Christum, elegit nos ait Paulus in ipso, ante mundi constitutionem, igitur Deus suos vocat per Christum. Consecutio firma est, Nam Deus ideo statuit vocare, quia elegit: cum igitur simus electi in Christo, relinquatur ut in eodem et vocemur. Confirmatur aucte concilij Tridentini sessione 6. cap. 5. quo loco dicitur, iustificationis exordium in adultis sumendum esse a Dei, per Christum Iesum, praeueniente gratia, hoc est, ab eius vocatione, etcat.

Deinde quod per Christum iustificemur constat ex D. Paulo ad Rom. 3. & 4. item ad Ephes. 1. declarante hoc ipsum etiam, & definiente concilio Tridentino sessione 6. cap. 2. 3. 7.

Postremo quod per Christum glorificemur ex eo patet, quia per Christum ad haereditatem caelestis regni admittimur, in quo glorificatio, & beatitudo nostra consistit. Porro quod per Christum ad haereditatem caelestem admittamur ex eo patet, quia per Christum adoptamur in filios auctore Paulo ad Gal. 4. ad Eph. 1. Filijs autem debetur haereditas, quod si filius, & haeres per Deum ad Gal. 4. igitur per Christum ad caelestis regni haereditatem acciscimur.

2. Pet. 2.

Christus est causa meritoria totius effectus nostrae praedestinationis.

Ephes. 2.

omniabona spiritualia ad nos per christum permanent.

Eph. 1.

benedictio in scripturis, quae sit.

Augustinus.

Rom. 3. 4.

Hieronymus.

Ioan. 23.

Chrysostomus.

DISTINCT. 40 ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Præterea, in prædestinatione hominum duæ Dei actiones reperiuntur, voluntatis vna, qua Deus certos quosdam dilexit, & diligēs ex vniuersa hominū multitudine delegit quos bearet, intellectus altera, qua rationem, & media excogitauit, & disposuit, quibus illi dilecti, & electi ad beatitudinē perducerētur. Ac prior illa voluntatis actio non est prædestinatio, sed eidem præsupponitur apud Diuum Thomā, At vtriusq; actionis christi meritum est causa, christus enim meruit vt nos deus ipse diligeret, & eligeret, & tandem media conferret, quibus ad id, ad quod dilecti, & electi sumus, perueniremus, igitur Christi merita sunt causa nostræ prædestinationis etcat. Minor quoad priorem partem patet ex D. Paulo ad Ephes. i. elegit, inquit, nos in ipso ante mundi constitutionem, id est, intuitu christi nos elegit, sed electioni præponitur dilectio, igitur deus intuitu christi nos dilexit, & elegit, id quod ad voluntatem pertinet, est igitur christi meritum eius actionis Dei, quæ ad volūtate pertinet, causa, & ratio.

Posterior vero pars minoris hinc patet quia Deus per Christi merita statuit nobis dare omnia quæ ad salutem pertinent, vt constat ex D. Paulo ad Ephes. i. Benedictio enim spirituali omni in Christo completi sumus, igitur Christi merita sunt causa & ratio mediorū omniū, per quæ ad sempiternā beatitudinem perducimur.

Postremo, Hoc facere, nempe Deum nos per Christi merita prædestinasse redundat in gloriam Christi, eamq; illustrat maxime, diuinā vero misericordiā, & iusticiā non modo non lædit, sed maxime cōmendat, relinquitur igitur id Deū fecisse.

Est igitur Christi domini nostri prædestinatio non solum exemplaris, & finalis causa nostræ prædestinationis, verum etiam meritoria. Id quod videtur etiā sentire, imo aperte sensit, & docuit D. Thomas 3. p. q. 24. art. 3. & 4.

REFUTATIO CONCLV.

Refutatio  
primæ co-  
clusionis.

PRIMA conclusio his argumentis refutatur. Exemplar præexistit exemplato,

At Christi prædestinatio non præexistit nostræ prædestinationi, nō igitur est exemplar nostræ prædestinationis. Minor ex eo patet, quia æterno nihil præexistit, At nostræ prædestinatio est æterna. igitur. etcat.

Præterea, exemplar est conforme exemplato, sed Christi prædestinatio est alterius rationis, quam prædestinatio nostra, nos enim prædestinati sumus in filios adoptionis christus autem prædestinatus est filius Dei in virtute ad Rom. i. eius igitur prædestinatio non est exēplar nostræ prædestinationis.

Secunda conclusio hoc argumento refutatur. Nostra prædestinatio est causa finalis prædestinationis Christi, non igitur Christi prædestinatio est causa finalis nostræ prædestinationis. Consecutio firma est, antecedens ostenditur. Deus præordinauit Christi incarnationem tanquā mediū ad salutem, & beatitudinem consequendā, iuxta illud, qui propter nos homines, & propter nostrā salutē descendit de cœlis, & incarnatus est de spiritu Sancto, & homo factus est, & hoc ipsum vbi que prædicant literæ sanctæ, nempe Christū fuisse prædestinatum vt redemptorē hominū vsq; adeo vt sancti dicant, & constanter affirmant, quod si homo non peccasset, nunquam fuisset filij Dei incarnatio, & per consequens neq; hominis christi prædestinatio, igitur non Christi prædestinatio nostra, sed contra potius nostra prædestinatio est causa & ratio prædestinationis christi.

Hinc iam intelligitur tertiæ conclusionis refutatio. Nā si nostra prædestinatio est causa finalis prædestinationis Christi, finis autē est magis, & principalis, ac prius volitus, quā ea quæ ordinantur ad finem, sequitur vt nostræ prædestinatio sit prius & magis volita quā prædestinatio Christi, contra quod affirmat tertia nostra conclusio.

Quarta conclusio non est probata multis viris doctis, tum quia est aliquis effectus nostræ prædestinationis, quē Christus non promeruit, igitur christus nō est causa meritoria nostræ prædestinationis. Cōsecutio nota est, antecedēs ex eo patet quia omnia media ad salutem hominum necessaria sunt in effectis præde-

ordino  
- 1191  
hu actio  
209  
ma  
- 109  
- 109

libent  
- 109  
- 109

Refutatio  
secundæ  
conclusi-  
onis.

Refutatio  
tertiæ co-  
clusionis

Refutatio  
quartæ co-  
clusionis.

prædestinationis ipsorum, Atqui mediū maxime necessarium ad salutem est ipsa verbi Dei incarnatio, igitur incarnatio ipsa verbi Dei est effectus nostræ prædestinationis, At christus hanc suam incarnationem non meruit, vt docent omnes doctores, igitur christus non meruit omnem prædestinationis nostræ effectum, & per consequens neque nostram prædestinationem.

Tum quia, vt author est Augustinus in libro de præd. sanct. cap. 15. & 18. præclarissimū exemplar nostræ prædestinationis est christus, At christus nullis suis meritis est prædestinatus, neq; etiā alienis, igitur & nos neque nostris, neq; alienis meritis prædestinati sumus.

Tum postremo, quia gratia vocationis, & dispositiões supernaturales omnes, quæ gratiam iustificantem antecedunt, non dantur nobis ex christi meritis, sed ex solo dei beneplacito, qui operatur omnia secundū cōsiliū voluntatis suæ, igitur christus non est causa meritoria primi effectus prædestinationis, & per consequens neq; prædestinationis. Hanc sententiam tenet Driedo in lib. de captiuitate, & redemptione generis humani tract. 2. ar. 4. in quam eandem inclinant Cap. 3. d. 18. q. 1. & Decanus Louaniensis ar. 7. in quo agit de satisfactione.

D I L V T I O A R G V M E N -  
torum.

**Ad 1.** PRimum argumentum diluit D. Thom. p. 3. q. 24. art. 3. posita distinctione. Namq; prædestinatio potest considerari duobus modis, vno modo quoad actū ipsius prædestinantis altero modo quoad illud, ad quod aliquis prædestinatur, quod est ipsius prædestinationis terminus, & effectus. Priori igitur modo, christi prædestinatio non est nostræ prædestinationis exemplar, siquidē deus vno, & eodē simplici actu christum, & nos prædestinauerit. At posteriori modo est exemplar nostræ prædestinationis. Nam quemadmodū christus prædestinatus est ad filiationem Dei naturalem, vt dicitur ad Rom. 1. ita & nos prædestinati sumus ad filiationē adoptiuā, quæ est

quædam participata similitudo filiationis dei naturalis, vt dicitur ad Rom. 8. Quos præciuit, hos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Et quemadmodum christus nullis suis antecedentibus meritis, sed sola Dei gratia euectus est ad personalitatem filij Dei, sic etiam & nos nullis nostris meritis, sed sola Dei gratia prædestinati sumus, & euecti ad adoptionem filiorum Dei.

Ad primum igitur argumentum respondetur, christi prædestinationē, quod attinet ad actum prædestinantis, non præexistere neque prædestinationi, vt pote quia vno, & eodem ac simplici actu Christus & nos prædestinati sumus. At quod attinet ad prædestinationis terminum christi prædestinatio nostra quodam modo præexistit, hoc est, secundum nostram intelligendi modum, quod genus antecessionis in ea etiam cadere possunt quæ sunt æterna.

Ad 2. respondetur, non esse necessarium ad 2. vt exemplatum exemplari per omnia conformetur, sed satis est quod exemplatum modo aliquo imitetur ipsum exemplar.

Ad tertium difficilior est responsio. Iuxta sententiā D. Thomæ 3. p. q. 1. ar. 3. incarnatio verbi præordinata, & instituta est a Deo in remediū peccati, vsque adeo, vt si homo non peccasset, omnino Dei verbum humanæ se se naturæ minime coniunxisset. Ex quo illud primū est consequens, vt christus non fuerit prius prædestinatus, quam peccatum præuisum, secundo consequitur, vt christus fuerit prædestinatus non absolute, sed subtili medio, nempe vt redemptor generis humani. Tertio consequitur, finalem causam prædestinationis christi ad filiationem Dei naturalem, esse ipsam hominū salutem, & humani generis redemptionem.

Quocirca apud D. Thomā, & ipsius Thomæ studiosos totius huius negotij hic ordo explicatur. Primum enim Deus voluit bonitatem suam, & summam gloriam absolutissimæ vniuersitatis creatione declarare. Dein de vt aliquæ creature essent in vniuerso meritis

Quomodo se habeat nostra prædestinatio ad prædestinationem christi, iuxta sententiā D. Thom.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

cōpotes, quæ beatitudine afficerentur. Tercio prauidit lapsum aliquarū huiusmodi creaturarum, quas beatæ vitæ degendæ destinauerat. Quarto decreuit lapsus illis remediū aliter incarnatione filij sui. Quinto voluit animā christi, gratia gloria, & dignitate cæteris omnibus animabus antecellere, & ipsarum beatitudinem in christi gloriam redundare.

Ex quo subinde colligunt prædestinatione nostrā esse finē, qui prædestinationis christi, at prædestinationem christi esse finē, cui nostræ prædestinationis. Est autem prædestinationis nostræ finis, qui, prædestinationis christi, siquidem christus fuerit prædestinatus ut hominum saluator, & redemptor, & non aliter. Cæterum prædestinatio christi fuit finis cui prædestinationis nostræ, siquidem Deus non solum voluit animam christi esse beatorem, verum etiam electorum omnium beatitudinem in christi gloriam redundare. Ex quo postremo colligunt prædestinationem hominum esse prius, & magis volitā ut finē qui, prædestinationē vero christi esse prius, & magis volitam ut finem cui. Hæc est sententia D. Thomæ, & Thomistarum.

Obijcitur  
contra D.  
Thomam

Cui sententiæ illud vehementer videtur obstare, quia ita fieret, ut Deus christum in nobis, & diligeret & prædestinaret, & non contra nos in christo, contra quod docent literæ sanctæ. Dicitur enim Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, item eodem loco. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Sequela probatur. Prædestinatio hominum est finis prædestinationis christi, igitur prædestinatio hominum est ratio, & causa prædestinationis christi, ita quod deus de filij sui incarnatione, deq; ipsius gratia, & gloria statuerit, ob id quia de hominum salute, & gloria statuerit, itaq; fieret ut Deus christum dilexerit in prædestinatis, & non contra, cuius oppositum docent literæ sanctæ. Fieret præterea, ut gratia electorum esset causa gratiæ christi, at literæ sanctæ omnem electorū gratiam, christi gratiæ acceptam ferunt, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia.

Ioan. 4.

Quocirca Scotus in longe diuersa est sententia. Existimat enim Deum ob id de hominum gratia, & gloria statuisse, quia de christi gloria & gratia decreuerit, ita quod actus diuinæ voluntatis sit terminatus ad gloriam quorundam hominum, quia fuerit terminatus ad gloriam, & beatitudinem christi. De sententia igitur Scoti Deus ante præuisionem peccati statuit de filij sui incarnatione, cum ut bonitatem suā, & beneficentiam maxime declararet, tum ut vniuersum ipsum exornaret, & ad summū decus eueheret. Etenim ipsa verbum cum humana natura coniunctio, fuit omnis creaturæ subiectio ut satis docte, & pie docet Caiet. 3. p. q. 3. art. 3. Et ita quamuis nolum extitisset peccatum, adhuc verbi Dei incarnatio fuisset. Cæterum cum post decretam & statutam verbi unionem prauidisset Deus vniuersum genus hominum primi hominis lapsu & peccato concidisse, & spem consequendæ beatitudinis amisisse, idq; intellexisset fuisse a Damone procuratum, cum ut incarnatio verbi decreta impediretur, tum ut homo a consecutione beatitudinis, quam ipse amiserat, abduceretur, Dominus Deus christi, quem prædestinauerat, amore adductus, decreuit præfinitam incarnationē opere cōplere, sic quidem, ut ut per eam incarnationē & Diaboli consilia subuerteret, & homines a peccati miseria liberaret. Ita de sententia Scoti incarnatio verbi prius est uolita absolute, postea vero sub illa ratione, nempe ut redemptiua, ex quo subinde consequitur, ut etiam nullo peccato existente, adhuc verbi Dei incarnatio fuisset. Sequitur præterea, ut verbi Dei incarnatio secundum se sumpta per se fuerit volita, ut redemptiua vero per accidens, & occasionaliter, idq; ex christi amore. Deus enim amore christi adductus non solum voluit homines eiusdem cum eo naturæ societate coniunctos esse saluos, (neq; enim decebat humanam naturam verbo Dei coniunctam in vniuerso interire,) verum etiā ipsam eius incarnationē voluit esse mediū ad salutem hominum comparatum, ita quod homines non solum saluaret, verum et per christum saluaret.

Quomodo se habeat prædestinatio nostra ad prædestinationem christi de mente Scoti.

De sententia Scoti, incarnatio prius est absolute volita postea vero ut redemptiua.

Iuxta hanc sententiam, Christi prædestinatio non solum est finis, cui, prædestinationis hominum, verum etiam finis qui. Ob id enim deus de gratia, & gloria hominum decrevit, quia de gratia, & gloria Christi decreverit. Voluit enim Deus ut ille homo Christus non esset solus in gratia, & beatitudine, sed eius amore alios eidem similes adoptionis filios adiunxit, quorum omnium ipse caput esset, & in quibus regnaret, & quorum omnis gloria in Christi gloriam cederet. Hi sunt pueri illi, quos Christus testatur fuisse sibi a Deo datos, ecce ego, inquit, & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Hebr. 2. Hi sunt illi filii adoptionis, quos deus decrevit ad consortium gloriae filij sui naturalis adducere, ut ait Paul. ad Heb. 2. quorum salutis auctorem, & perfectorem voluit esse suum filium naturalem. Decentissimum enim erat, ut filij adoptionis ad patrem omnis gloriae per filium naturalem adducerentur.

Iuxta igitur hanc doctrinam, ad tertium argumentum respondetur negando antecedens. Ad probationem vero, respondetur similiter negando illud, vel certe distinguendo. Nam Christi incarnatio potest considerari duobus modis, vno modo secundum se, & absolute, altero modo supposito, & præiusto peccato. Priori modo est volita secundum se, & absolute; posteriori vero modo ut redemptiva, & ut medium ad delendum peccatum, & ad gloriam hominibus dandam diuinitus comparatum, & præordinatum. Id quod acceptum ferendum est, & Dei in ipsum Christum amor, & ipsius Christi summæ virtuti, & excellentiæ. Deus enim Christi, eiusque omnis virtutis, & meritorum amore adductus, statuit ut non solum certi quidam homines ad gloriam Christi gloriae similem, in quo consistit hominum prædestinatio, perducerentur, veram etiam ut per Christi merita tanquam per medium, eadem consequerentur, id quod Christo erat gloria & decus allaturum.

Fuit ergo Christi prædestinatio absolute, & secundum se sumpta causa finalis, ut quæ, nostræ prædestinationis, ut patet ex dictis, ut redemptiva vero fuit medium præordinatum

a Deo ad nostram salutem.

Et notandum iuxta sententiã Scoti, quod prædestinatio cuiusque hominis antecedit præiustionem peccati non solum illius hominis, verum et aliorum hominum: Ac proinde Adamus prius natura est prædestinatus, quam ipse lapsus fuerit præiustus. Hac Scoti sententia valde probabilis est: & multo quam illa D. Thomæ probabilior. &c.

Si dicas, literæ sanctæ locis omnibus Christum venisse testantur ad delenda hominum peccata, igitur Christus prædestinatus est ut redemptor, & non aliter, id quod docet D. Thomas. Ad mentem Scoti, negatur consecutio. Etenim ea solum causa adventus Christi in diuinis literis est expressa, & non alia, quàmuis suppeteret, ut & summa Dei charitas, & bonitas hominibus commédaretur, iuxta illud Pauli, Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quia cū inimici essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est, & ut Deus homines sibi & Christo magis obligaret, ac devinciret, postremo ut inde Christi gloria magis illustretur, & augetur.

Ad quartum argumentum, quo tertia conclusio est refutata, respondetur iuxta doctrinam D. Thomæ, prædestinationem Christi esse prius, & magis volitam, ut finem cui, At nostra est prius & magis volita, ut finis qui. Iuxta doctrinam vero Scoti negatur Maior, ut patet ex ijs quæ supra diximus ad ipsius Scoti mentem, & sententiam accommodare.

Ad quintum argumentum contra quartam conclusionem, ad mentem Scoti facilis est responsio. Etenim incarnatio verbi potest spectari duobus modis, vno modo absolute, altero modo ut medium ab ipso Deo ad salutem hominum ordinatum. Priori modo sumptam incarnationem Christus non meruit, voluntate enim Dei simplici effectum est, ut verbo diuino caro humana adiungeretur. Posteriori vero modo Christus meruit incarnationem. Etenim Christi meritis effectum est, ut Deus incarnationem filij sui ordinaret ad salutem electorum. Itaque Christus non meruit esse homo Deus, meruit tamen

Nota,

Rom. 8.

Ad 4o

Ad 5o

Christus non meruit esse homo Deus, meruit tamen esse saluator hominum.

esse

onio-  
se ha-  
Pig-  
natio  
traad  
desti  
ionē  
isti de  
te sco

Respōde-  
tur,

nten  
cori,  
ario  
s est  
ute  
ra po  
vero  
dmp

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

esse saluator, & redemptor hominum, & pater futuri seculi. Omnis enim eius virtus, & excellentia meritorum praevia Deū movit, ut omnis electorū salus, & iustitia per eum administraretur, & tandem gloria illis sempiterna comunicaretur. Ipse enim factus est nobis iustitia, & redemptio, & per eum iustificatis patet aditus in caelum.

Ceterum ad mentem D. Thomae longe difficilis est responsio. Nam si incarnatio solū a Deo fuit instituta in remediū peccati, aliter non futura, sequitur ut aut Christus hoc remedium salutis non meruerit, aut certe incarnationem simpliciter meruit, utrumque aut falsum est, nepe quod incarnationē simpliciter meruit, aut quod aliquod mediū ad salutem necessarium non meruerit.

Nos dicimus in Deo duas esse voluntates, vnam generalem, per quam humano generi prolapso, & deperdito voluit benefacere, specialem alterā, per quam certis quibusdā ex vniuerso hominum genere delectis voluit benefacere. Ad utrumque finem consequendū deus statuit vni genitum suū humana carne induere. Nam quod attinet ad priorē illū finem, qui positus est in reparatione, & restitutione humani generis in cōmuni, per abstractionem ab hoc, & illo indiuiduo generis humani, deus incarnatus tria beneficia praestitit humano generi, primum diabolo illi, qui eo consilio Adamum ad peccadū impulit, ut praefinitam ab aeternitate & decretam filij dei incarnationem impediret. Deinde naturam humanā astutia, & invidia diaboli deiectam, & fadatam, euexit, & ornavit, postremo genus hominū a peccati ignominia liberauit. Vnde si in hoc diuinū consilium substitisset, & solus homo ille Christus praedestinatus fuisset, satis superque fuisset & diaboli consilij illudum, & humani generis dignitati, & honori consultum, quamuis ceteri homines interirent. Sed non in hoc solo substitit diuinum consilium, sed cum Deus pater illius hominis Christi prauidisset futuram in omni genere virtutis excellentiam, illiusque de se singularia promerita, his meritis, & hac praevia virtutis excellentia com-

motus, statuit ei multos eiusdem gloriae participes adiungere, quos eosdem in filios adoptavit, in quibus ille regnaret, & quorū principatū obtineret, ita ut ille homo filius Dei naturalis esset primogenitus, hoc est, praecelens in multis fratribus, quos Deus eius amore inductus, in filios asciverat.

Et quoniam illi peccato primi parentis impedirentur, quominus cum Christo regnarent, eiusque gloriae socij adiungerentur, idem Deus decrevit eosdem per eundem Christū a peccato liberare, ita ut idem Christus non solum sua gratia, qua maxima apud Deum valebat, eisdem peccatorum veniam, & remissionem impetraret: verum etiam eosdē ipse oblato sui sanguinis pretio redimeret. Quae res & Christo gloriam peperit, & homines ipsi eidem arctissime deuinxit.

Ita incarnatio Christi praedestinata tanquam mediū in remediū peccati, & humani generis reparationem, accipi potest bifariam, vno modo tanquam mediū ad reparationem generis humani in cōmuni: altero modo tanquam mediū ad reparationem humani generis in particulari; hoc est, ad reparationem quorundam hominum ex vniuerso hominum cōtū delectorum.

Subijciuntur ergo iuxta hanc sententiam, nonnullae conclusiones. Prima conclusio. Christus non meruit incarnationem suam tanquam mediū ad reparationem generis humani in cōmuni. Probatio, incarnatio sic sumpta non est volita vllō ad Christum respectu, igitur Christus nō meruit incarnationem tanquam mediū ad reparationem generis humani, consequens nota est.

Secunda conclusio. Si ille finis non esset obtinendus, Christi incarnatio non fuisset. Id vero patet ex eo, quia sola verbi incarnatione ille finis obtinebatur. vnde si ille finis nō fuisset consequendus, proculdubio, neque incarnatio verbi fuisset.

Tertia conclusio. Incarnationem tanquam mediū ordinatum ad salutem & beatitudinem certorum hominum Christus meruit. Nam Deus Christi meritis adductus hos cer-

Incarnatio est mediū ad reparationem generis humani dupliciter, in cōmuni scilicet, aut in particulari.

1. Cōclusio.

2. Cōclusio.

3. Cōclusio.

Nota duplicem reparationem generis humani, vnam in cōmuni, quae est reparatione naturae per abstractiōnem ab hoc vel illo indiuiduo.

Alterā in particulari, quae consistit in reparatione certorū hominum, ex vniuerso hominū genere electorum.

Solo Deo homine facto, etiam si ceteri homines interirent, reparaui fuisset humana natura.

4. Cōclusio. Etiam nullus...

salus humani generis duplex, in cōmuni scilicet, & in particulari. illa ne potuit obtineri nisi incarnatione...

Christus nō meruit incarnationem...

Christus meruit...



tos homines ordinavit ad vitam aeternam, ut conformes fierent imagini filij sui, ergo incarnatio ut medium ad hunc finem obtinendum a Deo ordinata, est ab ipso Christo merita.

4. Cōclu. Etiam si nullus saluaretur, supposito tamen peccato filij Dei incarnatur.

Quarta conclusio. Etiam si hic finis consequendus non esset, ad huc incarnatio verbi fuisset, ad priorem videlicet finem consequendum, quem Deus consequeretur solo Christo predestinato, & ceteris hominibus in peccato, & interitu derelictis.

His in hunc modum prepositis iam respondetur ad primum argumentum contra quartam conclusionem, alias quintum in ordine.

Negatur igitur antecedens, nempe quod sit aliquis effectus predestinationis hominum, quem Christus non meruit. Ad probationem vero, cum dicitur medium maxime necessarium ad salutem esse verbi Dei incarnationem, quam tamen eandem Christus non meruit, distinguendum est de salute, Nam aut sermo est de salute generis humani in communi, aut de salute paucorum hominum, quos Deus sibi ascivit in filios, quos eosdem predestinatos vocamus. Si sermo est de salute prior modo, dicimus incarnationem fuisse omnino & simpliciter necessariam ad illum finem, non enim genus humanum deperditum, ac profligatum alia via reparari potuit, nisi filij dei in Carnatione, sic enim, & Diabolo, qui impedire voluit consilium Dei, fuit illusum, & humano generi quoad salutem, & dignitatem maxime consultum, id quod Deus minime obtinisset, aut Angelica assumpta natura, aut quouis alio modo.

salus humani generis duplex, in communi scilicet, & in particulari, illa non potuit obtineri nisi incarnatione filij Dei, hæc vero potuit alio quouis modo.

Christus non meruit incarnationem ut medium ad reparationem humanæ naturæ.

Cæterum incarnationem ordinatam a Deo in hunc finem Christus non meruit, quemadmodum neque meruit simpliciter incarnari. Quemadmodum enim Christus non meruit ut simpliciter incarnaretur, ita et non meruit ut eius incarnatio a Deo ordinaretur ad hunc finem, siquidem incarnatio in ordine ad hunc finem fuerit a Deo volita nullo Christi respectu, & si ille finis obtinendus non fuisset omnino incarnatio non extitisset.

Christus meruit i-

Aut sermo est de incarnatione ordinata ad salutem electorum, hanc nos dicimus Christum

meruisse, ut iam supra docuimus; & incarnationis ad hunc finem ordinata est effectus predestinationis electorum, Deus enim predestinando certos quosdam homines statuit, ut illi predestinati per Christi merita consequerentur beatitudinem, & salutem. Cæterum quavis illa predestinatio non esset, ad huc tamen incarnatio esset. Siquidem incarnatio non est principaliter a Deo ordinata ad salutem, & beatitudinem hominum, sed ad salutem, & reparationem generis humani, modo supra iam satis exposito.

carne ut medium ad salutem quorundam hominum.

Incarnatio non est principaliter volita a Deo ut medium ad salutem certorum hominum, sed ut medium ad salutem generis humani.

Hinc habes duas veritates ad mentem D. Thomæ, prior veritas est, quod si homo non peccasset, omnino incarnatio non fuisset. Posterior veritas est, quod quamvis Christus non meruerit ut ipsius incarnatio esset, meruit tamen ut a Deo ad peccati remedium ordinaretur, peccati inquam certorum hominum, non autem humani generis in communi.

Vnde ad illud argumentum, quod erat difficile explicatu in doctrina D. Thomæ, iam hic facilis est responsio. Distinguimus enim antecedens, nam incarnatio instituta ad remedium peccati generis humani, omnino non fuisset, si genus humanum non concidisset. Cæterum eadem incarnatio fuisset, etiam si nullus hominum saluus fuisset. Quocirca antecedens illud nempe, incarnatio est a Deo solum instituta in remedium peccati, aliter non futura, verum est de salute generis humani in communi non tamen de salute generis humani in particulari. Ita omnia consentiunt in doctrina D. Thomæ, & quod incarnatio non esset, si peccatum non fuisset, & quod Christus incarnationem non meruerit, & quod ipsa incarnatio fuerit effectus nostræ predestinationis, quem eundem Christus meruit.

Ad 6. Ad 7.

Ad sextum argumentum sumptum ex doctrina Augustini, respondetur negando consequentiam. Nam Augustinus a nostra predestinatione solum excludit merita propria, non tamen merita Christi.

Ad septimum, negatur antecedens. Ad probationem vero quæ videtur inniti in doctrina D. Pauli, respondetur, quod cum Deus nos, &

Christum

Christum vno, & eodem actu praedestinauerit, de praedestinatione possumus, loqui dupliciter, vno modo prout comprehendit Christum, & nos, altero modo separatim, comparando vnam praedestinationem cu altera, loquendo igitur de praedestinatione priori modo, totus effectus praedestinationis est gratia, & gloria Christi, & electorum: Ac praedestinationis hoc modo sumptae nulla est alia causa quam diuina voluntas, etenim Christus praedestinatus fuit nullis meritis, neque suis, neque alienis. Ceterum si loquamur de praedestinatione posteriore modo, sic Christi praedestinatio vere est causa nostrae praedestinationis, tum quia gratia Christi vere est causa gratiae nostrae, tum quia diuina voluntas ex eo statuit de nostra gratia, & gloria, quia statuit de gratia, & gloria Christi. Vt iam exposuimus tam consentaneae doctrinae D. Thomae, quam consentaneae doctrinae Scoti.

Voluntatis qua Deus voluit humano generi benefacere, nulla est causa, neque ex parte Christi, neque ex parte nostra.

Tandem ex his omnibus intelligitur, quod illius voluntatis, qua deus voluit humano generi benefacere, ipsumque ad excellentem quendam gratiae, & gloriae gradum prouehere, nulla neque ex parte hominum, neque ex parte Christi causa datur, sed id totum diuinae misericordiae, & bonitati est acceptum referendum.

Voluntatis qua Deus voluit certos homines saluare: nulla extat causa ex parte hominum, extat tamen ex parte Christi.

Ceterum illius voluntatis, qua deus voluit aliquos hominum praedestinare ad vitam, & beatitudinem sempiternam, nulla ex parte hominum, aliqua tamen datur causa ex parte Christi Deus enim Christi amore adductus, & ipsius meritis prouocatus, voluit eidem socios gloriae, & beatitudinis adiungere, quostamen ipse Christus iustificaret, & beatos efficeret, itaque ipsorum praedestinatio per Christum compleretur, in quibus & ipse regnaret.

Ceterum quod isti eligantur & illi relinquuntur, nulla alia est causa, nisi diuina voluntas.

Quod autem ad hunc finem isti homines eligerentur, & non illi, & istis comunicarentur merita Christi, & non illis, huius dei voluntatis neque ex parte Christi, neque ex parte ipsorum electorum nulla est alia, praeter diuinam voluntatem, a signabilis causa, iuxta sententiam Augustini, & D. Thomae, quam nos & comprobauimus, & explanauimus, aduersariae sententiae euersis ac demolitis fundamentis.

QVÆSTIO. 6.

Utrum praedestinatio sit certa?



Praedestinationem esse certam, nihil est aliud, quam praedestinationem euentu non frustrari, hoc est, certo, & infallibiliter euenire, id quod est diuina praedestinatione, ut eueniat, constitutum atque decretum, tam quoad finem, qui est vitae aeternae consecutio, quam quoad media ordinata ad illum finem, quae sunt vocatio, & iustificatio.

Quomodo sit intelligenda diuinam praedestinationem esse certam.

Constituuntur ergo de re proposita a Theologis grauissimis duae conclusiones, prior conclusio est huiusmodi. Diuina praedestinatio certissime, & infallibiliter consequitur suum effectum. Probatio. Ordo diuinae prouidentiae est infalibilis ut iam alibi docuimus, sub hoc videlicet sensu, quia ea quae sunt diuinitus prouisa, eo prorsus modo eueniunt, quosunt prouisa, nempe necessario, aut contingenter, At praedestinatio est pars subiectiua prouidentiae, est enim hominis in finem particularem, & specialem ordinatio, igitur ordo diuinae praedestinationis est certus, & infalibilis.

1. Cōcl. Thom.

1. p. q. 23. ar. 6. Itē, quo l. 11. ar. 3. & 12. ar. 3. De uer. q. 6. ar. 3. 1.

Diuina praedestinatio habet certitudinem & infalibilitatem ex parte prouidentiae, & voluntatis.

Praeterea, praedestinatio includit duos, nempe praescientiam Dei, & ipsius voluntatem, voluntatem quidem perquam deus vult praedestinatum saluare, praescientiam vero, qua Deus praenoscit ipsum saluandum, At utrinque habet praedestinatio certitudinem, & infalibilitatem: igitur ordo diuinae praedestinationis est certus, & infalibilis. Porro ex praescientia habere praedestinationem certitudinem, hinc intelligitur, quia cum diuina cognitio non mensuretur tempore, sed aeternitate, in aeternitate autem nihil sit praeteritum, nihil futurum, sed omnia sint praesentia, sequitur ut diuino intellectus feratur in res prout sunt praesentes, atqui intellectus res praesentes certo cognoscit, & infalibiliter, Deus igitur saluandos certo, & infalibiliter cognoscit, ac proinde ex parte praescientiae diuina praedestinatio habet certitudinem, & infalibilitatem.

Hanc

Diuina uident hominē praedestinatione nullo in omnibus, ac litem sequer sic, ut eius ecutioe minime deficiat.

3. Con

Thom ubi su Praed natio impo necess tem i pra d natis

Itē, q. 1.

Hanc eandem etiam habet ex parte diuinae voluntatis, quam includit. Etenim haec voluntas, est illa Dei voluntas, quae dici a Theologis consuevit voluntas beneplaciti, quae semper impletur, vt quae sit efficax & perfecta causa, a nulla altera impedibilis, praedestinatio igitur ex parte diuinae voluntatis eius, per quam vult praedestinatum saluare, habet certitudinem.

Habet igitur diuina praedestinatio certitudinem, & ex parte prouidentiae quae certissimo modo dirigit, & perducit ad finem, & ex parte diuinae scientiae, quae falli nullo modo potest, & ex parte diuinae voluntatis efficacis, cui nemo resistere, & cuius efficacitate nihil potest impedire. Sic igitur ille, qui per diuinam praedestinationem est ordinatus ad salutem, infallibiter consequitur salutem, neque vlla res creata efficiet, vt hac salutis consecutione frustretur. Nam quamuis liberum arbitrium hominis possit a salute deficere, vt quod sit defectibile, Deus tamen praedestinato tot adiuuenta, & adminicula apponit, vt non cadat, vel si cadat, resurgat, id quod fit per donum gratiae, per inspirationes internas, per orationum suffragia, perque multa alia, quibus diuina prouidentia homini adiumento est ad salutem.

Posterior conclusio. Diuina praedestinatio quantumuis certissima non tamen necessitatem inducit, vt scilicet praedestinationis euentus necessario proueniat. Huius conclusionis probatio sumitur ex eisdem medijs, ex quibus sumpta est probatio certitudinis eiusdem praedestinationis, nempe ex parte prouidentiae, praescientiae, & voluntatis. Ac ex parte quidem prouidentiae non afferre ipsam praedestinationem ipsis praedestinis necessitatem, ex eo patet, quia prouidentia non tollit rerum contingentiam, vt multis superiore distinctione, nempe 39. docuimus q. 5.

Neque itidem eam inducit ex parte praescientiae, vt quae non imponat rebus praescitis necessitatem, vt iam alibi docuimus nempe d. 35. Non enim quia video currentem Petrum iam Petrus currit necessario, quamuis illud necessario consequatur vt currat. Ad eundem

etiam modum, ex eo quia Deus certitudinaliter cognoscit saluandos, sic quidem vt in ipsa aeternitate ipsorum salutem praesentem intueatur, non iam inde consequitur, vt necessario saluentur, quamuis illud necessario sit consequens vt sint salui.

Neque postremo ea inducitur ex parte voluntatis Dei quantumuis perfectae, & efficacis. Nam voluntas Dei quantumuis efficax non auferat a rebus contingentiam, imo vero eam eisdem apponit, non solum enim vult res esse verum etiam tali modo esse, nempe necessario, aut contingenter id quod prouenit ex efficacia diuinae voluntatis non solum causantis res, verum etiam tribuentis eis talem modum causandi, nempe necessario, aut contingenter, qui modus ortum habet ex causa proxima. Cum igitur salus hominum ex duabus causis proueniat, nempe ex diuina voluntate tanquam ex causa prima, & ex libero hominis arbitrio tanquam ex causa proxima, Nam vt author est Augustinus, Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, liberum autem arbitrium sit causa contingens, sequitur vt salus hominibus proueniat contingenter, tametsi ex parte causae primae, nempe diuinae voluntatis, habeat certitudinem, & infallibilitatem. Deus enim non solum vult Petrum saluari, verum etiam sic saluari vt non amittat arbitrij libertatem. Et ita certo, & contingenter saluatur, certo quidem, si attendas causam primam, nempe diuinam voluntatem efficacem; contingenter vero, si attendas causam proximam, nempe liberum arbitrium. Ac hoc modo certitudo & infallibilitas diuinae praedestinationis stare potest cum contingentia, & libertate voluntatis.

REFUTATIO CONCLV. sionum.

Prior conclusio multis argumentis refutatur: in quibus hoc est primum.

Praedestinatio est quadam pars prouidentiae, sed diuina prouidentia non est certa respectu particularis finis nisi quando causa proxima necessario producit effectum, vt cernitur in motibus caelestibus, atque adeo

Voluntas de efficaci non auferat a rebus contingentiam sed ea potius inducit.

Praedestinitus certo, & contingenter saluatur.

1. Arg.

Diuina prouidentia homini praedestinatio ad miniculatur in omnibus, ad salutem consequendam sic, vt ab eius consecutione minime deficiat.

3. Concl.

Thomas ubi sup. Praedestinatio non imponit necessitatem ipsis praedestinitis.

Itē, d. 39. q. 5.

mo. t in. gē dū nam desti. onem extā. cla. n. . 231 Itē, . 11. & 12. er. q. 3. 1. uina cetti o ha. certit. e & illi ex. pro. tia, cien & vo. is.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

in omnibus quae peraguntur in natura necessario, secus quando causa proxima est contingens, & potens deficere a suo effectu: ut cernitur in generabilibus, quorum virtutes interdum deficiunt a propriis effectibus, ad quae ab ipsa natura, seu ad proprios fines, sunt comparata. Ut perspicitur licet, in virtute membrorum formatrice, quae quandoque deficit a perfecta, & debita naturae est formatione membrorum. Causa, autem proxima in praedestinatione, quae respicit specialem, & particularem finem, est contingens, nempe liberum arbitrium, igitur praedestinatio respectu sui particularis finis non est certa, quemadmodum neque providentia.

4. Arg. Praeterea, praedestinitus potest peccare, ut patet in Davide, & Petro Apostolo, qui erant praedestinati & tamen peccaverunt, At fieri potuit ut eo momento quo isti peccaverunt, vita decederent, potuerunt enim pro eo tempore ab aliquo occidi, hoc autem posito non sequitur praedestinationis effectus, igitur praedestinatio potest suo effectu frustrari, ac proinde non est certa.

5. Arg. Tertio. Illa media quae Deus praeparavit & disposuit ad hoc ut praedestinitus salutem consequeretur, aut sunt eiusmodi quae possint non acceptari, aut certe non possunt non acceptari, si possunt non acceptari, igitur praedestinatio frustrari potest suo effectu & eventu. Sin vero contra, igitur perit liberi arbitrij contingencia ac proinde ex ipsa praedestinatione necessitas imponitur praedestinito ad salutem, contra quod docuit secunda conclusio.

4. Arg. His accedunt testimonia scripturarum. Dicitur in Psalms, Deleantur de libro viventium, & cum iustis non scribantur, At praedestinatio est idem quod liber vitae, potest igitur aliquis a praedestinatione deficere. Item Apoca. 3. dicitur, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, quam alius, inquit Augustinus, non est accepturus, nisi iste perdidit, corona autem est praedestinationis effectus, potest igitur praedestinationis effectus acquiri, aut amitti: ac proinde praedestinatio non est certa.

Postremo, D. Anselmus inquit, eandem esse veritatem praedestinationis quae est futuri contingentis, siue propositionis de futuro contingenti, At propositio de futuro contingente non habet certam, & determinatam veritatem: ut docet Arist. 1. de interpretatione cap. ultimo, igitur neque praedestinatio. Ita prior conclusio est in hunc modum refutata.

Posterior conclusio refellitur in hunc modum. Praedestinatio est certa, igitur praedestinitus salvabitur, id quod ex prioribus concluditur tanquam verum, At si futurum contingens est verum, tunc necessario evenit, ut docet Arist. 1. de interpret. cap. ultimo, praedestinitus igitur necessario salvatur, neque potest non salvari, ac proinde praedestinatio si est certa, inducit necessitatem.

Secundo, Quando aliqua causa habet certum ordinem, & certam habitudinem ad aliquem effectum, ille effectus necessario provenit ex tali causa, nisi aliquid possit causae efficacitatem impedire, id quod cernitur in corporibus caelestibus. Etenim dispositiones corporum inferiorum interdum efficacitatem corporum caelestium praepediunt, ita ut non possint producere proprios effectus, quos alias producerent, nisi occurreret aliquid obfistens & impediens, sed praedestinationi divinae nihil potest obfistere, voluntati enim eius, quis resistet? Rom. 9. si igitur praedestinatio certum habet ordinem ad effectum suum, sequitur ut ille effectus necessario producat. Ex certitudine igitur divinae praedestinationis aperte, & efficaciter concluditur, quod necessitatem inducat. Contra quod docuit posterior conclusio.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

AD primum respondetur, quod licet providentia respectu particularis finis interdum non sit certa, ut docuit argumentum, semper tamen est certa respectu finis universalis. Nam illi defectus in naturalibus divinis ordinantur ad aliquem finem, ac proinde nihil potest deficere a generali fine providen-

6. Arg. Anselm.

Aristot.

Refutatio 2. conclusio 1. arg.

2. Arg.

Ad 1.

Ordo divinae providentiae licet respectu finis particularis non sit certus, semper tamen est certus respectu finis universalis.

At ordo praedestinationis utroque modo certus.

Praedestinitus deum minime praestitit ad sal-

Effectus aliqui tunc in libili et indibili prou re ve habi ne no ria si laris faad quied vel e cur mul caus cont tium

videntia licet interdum deficiat a particula  
ri fine. Ceterum in praedestinatione ordo ad  
finem est certus non solum in vniuersali, ve  
rum etiam in particulari, Nam ille qui ad  
finem vitae aeternae est praedestinatus nun  
quam deficiet a consecutione huius finis.

Et cum dicitur, causa proxima effectus ip  
sius praedestinationis est contingens, igitur  
praedestinatio respectu sui particularis finis  
non est certa, negatur consequentia.

Hoc argumento adductus D. Thom. de  
ver. q. 6. ar. 3. fatetur difficile esse concordare  
infallibilitatem, & certitudinem diuinæ  
praedestinationis cum arbitrij libertate, Quā  
tamen concordiam, & consensionem sic ef  
ficat D. Thomas vt dicat, quod quamuis ho  
mo, quod attinet ad liberi arbitrij libertatem  
possit cōsecutione salutis defraudari, vt ef  
fectu multi defraudātur, praedestinati tamē  
Deus tot adminicula preparat, & adiungit  
vt non cadant, & si pro humana fragilitate,  
& liberi arbitrij defectibilitate, a gratia diui  
na exciderint, resurgant tamen, eandemq;  
recuperent. Hæc porro adminicula sunt do  
na gratiarum, sunt adhortationes, & oratio  
nes, & huiusmodi cætera, quæ homini adiu  
mento sunt ad salutem. Hoc ipsum explanat  
D. Thomas exemplo in naturalibus. Namq;  
in naturalibus cernimus effectum aliquem  
in defectibiliter, & infallibiliter prouenire  
dupliciter, vno modo ex habitudine necessa  
ria alicuius causæ singularis ad suum effectū,  
altero modo ex concursu multarum causarū  
contingentiū, & defectibilium, quarū quæq;  
licet possit deficere, ex concursu tamen om  
nium peruenitur indefectibiliter ad vnum  
effectum. Verbi gratia in sublunaribus sin  
gularia cuiusq; speciei omnia sunt corrupti  
bilia, & occidua, ea tamen successione vnus  
post alterum, quandam perpetuitatem con  
sequuntur, diuina prouidentia ita disponere  
vt non omnia simul intereant, sed quibusdā  
intereuntibus, alia subinde succedant.

Ad hunc etiam modum quauis volūtas  
humana sit flexibilis, & defectibilis in prae  
stinatis tamen Deus eandem multis admini  
culis aut sustinet ne cadat, aut cadentem eri

git, itaq; sic vt certus sit diuinæ praedestinati  
onis effectus. Ita si causam proximam con  
sideres non est certus ipius praedestinati  
onis effectus, sin vero primā, quæ est ipsa Dei  
ordinatio, omnino certus est.

Ad secundum respondetur, praedestinātū  
hominem posse duobus modis considerari,  
vno modo secundum se, & secundum poten  
tiam, quæ est in ipso altero modo, prout stat  
sub forma praedestinatiōis, & in ordine ad prae  
destinantem. Priori modo concedimus esse  
possibile praedestinātū mori in peccato mor  
tali, non enim ei vt sic sumpto id repugnat,  
quemadmodum neq; lapidi deorsum mo  
ueri. Posteriori vero modo negamus posse  
praedestinātū mori in peccato mortali. Nāq;  
ordo ille non compatitur secum istum euen  
tum, licet compatitur illam potentiam.

Obijci contra potest. Hæc propositio est  
falsa, praedestinatus moritur in peccato mor  
tali, igitur & hæc est falsa, praedestinatus pot  
est mori in peccato mortali. Antecedēs ab om  
nibus conceditur, consecutio probatur. Potē  
tia & actus sibi mutuo respondent, igitur cui  
cunq; repugnat actus repugnat etiam poten  
tia ad illum actum verbi gratia, cui cunq; re  
pugnat mori, repugnat etiam posse mori, sed  
praedestinato repugnat mori in peccato mor  
tali, igitur & eidem repugnat posse mori in  
peccato mortali, igitur quemadmodum illa  
est falsa, praedestinatus moritur in peccato  
mortali, sic etiam & hæc, praedestinatus po  
test mori in peccato mortali. Dicimus quod  
cui cunq; repugnat actus, repugnat etiam po  
tentia, eodem modo, quo ei repugnat actus.  
Verbi causa. Nigro repugnat esse albū, prout  
est nigrum, eodem etiam modo repugnat ei  
posse esse album, nempe prout stat sub nigre  
dine, Nāq; nigrum prout est nigrum non  
potest esse album.

Ad hunc etiam modū, praedestinato, pro  
ut est praedestinatus repugnat mori in pecca  
to mortali, sic etiā eidē repugnat posse mori  
in peccato mortali. Tandem hæc propositio,  
praedestinatus potest mori in peccato mor  
tali est falsa vt composita, est tamen vera  
vt diuisa.

Ad 3e

Prædesti  
natus pot  
est mori in  
peccato mor  
tali se  
cunq; ac  
cepto non  
tamē  
prouisat  
sub præ  
destinati  
one.

Obiectio

Solutio  
obiectio  
nis.

Ad

Ac ordo  
prædesti  
nationis  
viroque  
modo est  
certus.

Prædesti  
natis mul  
ta deus ad  
minicula  
præstat  
ad salutē

Effectus  
aliquis po  
test intal  
libiliter  
et indefec  
tibiliter  
proueni  
re vel ex  
habitudi  
ne necessa  
ria singu  
laris cau  
sæ ad suū  
effectum,  
vel ex cō  
cursu  
multarū  
causarū  
contingē  
tium.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRÆDEſTINATIONE.

Ad 3.  
 Ad tertium respondetur, quod media quæ ad deo sunt parata, & disposita ad salutem electorum, possunt illa quidem diuisim refutari omnia, pro humani arbitrij libertate, non tamen cõiunctim, ita vt refutentur omnia, & nullam sit reliquum quod non reijciatur. Diuina enim prouidentia circa prædestinatos est particularissima, multisq; modis eos & tuetur, ne cadant, & prolapsis manum porrigit, vt resurgant, & sic tandem certo perueniant ad prædestinationis effectum. In illis tamen modis omnibus quibus Deus electos tuetur ne cadant, aut iuuat, vt resurgant, humana voluntatis arbitrium suauiter a Deo trahitur, magna tamen efficacia, cui humana voluntas licet libera, non possit tamen non acquiescere, non quidem vt coacta, sed vt efficaciter permota, ac tracta.

Diuina prouidentia circa prædestinatos est particularissima.

Prædestinatorum voluntas trahitur suauiter, & efficaciter.

Ambrosij Catherini opinio

Notandum est tamen huius rei difficultate commotum Ambrosium Catherinũ in libro de prædestinatione, duos ordines eorũ qui salutem consequuntur, statuisse, quorum vnus est prædestinatorum, alter vero saluandorum. Ad prædestinatos eos appellat, quos Deus absolute, citra vllum humanæ voluntatis assensum, elegit, & destinauit ad salutem. Saluandos vero eos esse dicit, quos Deus nõ absolute, sed sub conditione elegit, nempe si ipsi velint, ita quod si velint media sibi ad salutem proposita acceptare saluantur, sin minus, damnantur.

Interest autẽ, de eius sententia, inter hos & illos quam plurimum. Nam prædestinati necessario, & infallibiliter saluantur, eorũq; numerus ex ipsa diuina prædestinatione est certus. Ceteri vero non necessario, sed contingenter saluatur, possunt enim media ad salutem ipsorum disposita acceptare aut nõ acceptare, si acceptauerint, salui efficiuntur si reiecerint, dãnantur. Ex quo subinde fit, vt ipsorum salus ex diuina ordinatione non sit certa, siquidem a Deo non absolute, sed sub conditione sit voluta, nempe si ipsi velint, eorũq; proinde numerus non est certus, vt qui vniversus pendeat ex euentu, & libertate ipsorum.

Ex hac opinione & sententia sequuntur

quatuor, illud est primum, omnem prædestinatum saluari, non tamen omnem eum qui saluatur, esse prædestinatum. Secundo sequitur, aliquem saluari, qui non sit prædestinatus. Sequitur tertio, prædestinatos necessario saluari. Sequitur quarto, Deum non habere certam notitiam saluandorum, vt pote quorum salus pendeat ex ipsorum libera voluntate, quæ ad vtranq; partem æque est affecta.

In quibus tria sunt absurda, nempe quod aliquis saluetur, qui non sit prædestinatus, & quod prædestinatorum salus necessario proueniat, postremo quod Deus nõ habeat certam notitiam saluandorum.

Ceterum pro Catherino ad secundũ potest facile responderi, vt dicatur salutem prædestinatorum necessario euenire, non quidem necessitate interna, aut externa, sed necessitate immutabilitatis diuinæ ordinationis.

Ad tertium ipse Catherinus respondet, Deum habere notitiam alicuius effectus certam duobus modis, vno modo et in causa, & in ipso euentu rei, altero modo in ipso rei euentu, qui ipsi est præsens, non quidẽ in nũc temporis, sed in nunc aternitatis, non tamẽ in ipsa causa. Dicit igitur Catherinus Deũ tam prædestinatorum, quam saluandorum salutem cognoscere certo & infabilliter, similiter & ipsorum numerum, non tamen eodẽ modo, Nam salutem prædestinatorum, similiter & ipsorum numerum cognoscit, non solum in effectu, & in ipso rei euentu, verum etiam in sua causa, nempe in ipsa sua prædestinatione, & absoluta voluntate, qua eos elegit ad vitam. Eos siquidem elegit non sub conditione, sed absolute. At saluandos non cognoscit certo in sua causa, Nam voluntas Dei erga eorum salutem non fuit absoluta, sed conditionata, nempe si ipsi vellent, iam autem voluntas eorum, cum sit libera, est indifferens & indeterminata, cognitio autem effectus in causa contingente esse nõ potest certa vt docet D. Thom. 1. p. q. 14. ar. 15. cognoscit igitur salutem saluandorum certo in ipsa re præsentate, non quidem in nunc temporis, sed in nunc aternitatis, quæ omneis temporis differentias amplectitur.

Quam;

obroza  
 ista  
 sup  
 in obom  
 ...

Tria sunt absurda in opinione catherini.

Defensio Catherini.

Catherini opinio falsa.

Ad

Quorũ doctri-  
 tellig  
 aiqu  
 dele  
 libro  
 ta.

Ad

Vni-  
 ti, al  
 suffi-  
 tur, c  
 vna  
 dinat

Coro-  
 glori-  
 vnt c  
 tam,  
 mod  
 cipia  
 ter.

Catheri-  
ni opinio  
falsa.

Quamvis autem quoad illa duo possit defen-  
di opinio Catherini, attamen quoad reliqua  
defendi non potest, utpote quia falsum omni-  
no sit, aliquem saluari qui non sit praedesti-  
natus, & cuius salus non sit volita ex diuina  
ordinatione absoluta, ut patet ex literis san-  
ctis, & ex doctrina sanctorum. Quocirca  
eius falsa opinio reiecta, tertij argumenti  
solutio ea nostra tenenda & amplectenda est.

Ad 4.

Ad quartum respondetur, librum vitae esse ipsam  
Dei mentem, in qua aliquid sunt descripti,  
& quantum ad praesentem iustitiam, & quan-  
tum ad futuram gloriam, alij vero quantum ad  
praesentem iustitiam solum, non autem quantum  
ad futuram beatitudinem. Illi igitur nullo mo-  
do deleri possunt de libro vitae, utpote quia  
praedestinatio importet firmum ac stabile de  
salute alicuius decretum. Hi vero deleri pos-  
sunt, non quidem mutatione aliqua facta in  
libro vitae, quasi expungatur aliquid in eo, quod  
ibi prius fuerit descriptum, sed mutatione fa-  
cta in eo, qui eo in libro fuerat descriptus, qua-  
tenus. scilicet ille de statu iustitiae discedens, transit  
ad statum iniustitiae, & proinde eius iustitia  
diuinae menti non iam representatur ut praesens,  
sed ut praeterita.

Ad 5.

Ad aliud sumptum ex Apocalypsi responde-  
tur, coronam illam referri posse, vel ad gra-  
tiam secundum praesentem iustitiam, vel ad glo-  
riam beatitudinis, utroque autem modo habet verum  
illa sententia. Nam si sermo est de corona  
gratiae, illius sententiae hic est sensus, tene, &  
modis omnibus custodi donum gratiae, quod  
habes, nam si peccaueris, gratiam amittes, &  
alius continuo loco tui substituetur. Deus  
enim nunquam permittit aliquem cadere, quin  
alterum erigat. Cadentibus enim Angelis susse-  
cti sunt homines, & cadentibus Iudaeis, susse-  
cti sunt Getae. Caeterum in cadentis locum susse-  
ctus, non sic accipit gratiam alterius, quasi eandem nu-  
mero, quam prior habuit, recipiat, sed eadem spe.

Vnicuique  
alter  
sufficitur,  
ex di-  
uina or-  
dinatione.

Coronam  
gloriae  
vni debet  
tam, quo-  
modo ac-  
cipiat al-  
ter.

Potest etiam ille locus intelligi de corona glo-  
riae, non sic quidem, quod gloria destinata vni,  
tribuat alteri, sed quod gaudium de meritis  
anteactae vitae illius qui cecidit, communicetur  
beatis in patria. Pro quo notandum est, factos  
comprehensores, qui beato euo cum Deo fruuntur,

gaudium percipere de meritis sanctorum, qui vi-  
tam ad huc mortalem degunt. Unde peccante ali-  
quo, cuius in vita multa merita antecesserunt,  
gaudium illorum meritorum tamen si pereat in eo  
qui peccando ea merita amisit, manet tamen  
perpetuo in beatis, & sub hoc sensu accipiunt  
coronam gloriae, quam alter amisit.

Potest illud et sic intelligi, ut sit dictum non ad  
excludendam praedestinationis certitudinem, sed  
ad ostendendam arbitrij libertatem: per quam ho-  
mo cooperatur suae praedestinationi.

Optima  
exposi-  
tio.

Ad 6. respondetur, veritatem praedestinationis,  
& veritatem propositionis de futuro contingenti,  
partim inter se convenire, partim differre.

Ad 6.

Conveniunt quidem quatenus quoadmodum ve-  
ritas de futuro contingenti non adimit futu-  
ro contingenti, ita neque veritas praedestina-  
tionis. Differunt tamen, quia veritas propo-  
sitionis de futuro contingenti respicit futurum,  
prout futurum est, quo modo non potest habere  
certitudinem, potest enim ex causa contingente,  
& ad utrumlibet accedere. At praedestinationis,  
& praescientiae veritas respicit futurum ut iam  
praesens, & extra suas causas, ac proinde habet  
certitudinem. Similitudo igitur Maabbae in  
mo tradita tenet, quoad illud prius, non autem  
quoad hoc posterius. Ita defensa est prior conclusio.

Ad 7.

Quod vero attinet ad refutationem posterioris  
conclusionis, ad primum contra eandem conclusio-  
nem respondetur, Hoc futurum, nempe iste saluabitur,  
posse comparari vel ad diuinam praescientiam,  
quam includit praedestinatio, vel ad tempus nos-  
trum. Priori modo non habet rationem futuri, sed  
praesentis, utpote quia diuina cognitio mensu-  
retur aeternitate, quae simul est cum omni tempore,  
eiusdemque coexistit. At respectu temporis nostri ha-  
bet rationem futuri, & respectu suae causae pro-  
ximae habet rationem contingenti. Unde cum in-  
fertur ex certitudine diuinae praescientiae, & pre-  
destinationis tanquam verum, non infertur tanquam  
futurum contingens, sed tanquam absolutum a tempo-  
re & contingenti. Quocirca negatur Minor,  
nempe quod, iste saluabitur, sit futurum contingens,  
potest subesse praedestinationi, & praescientiae diui-  
nae. Licet in ordine ad suam causam proximam sit con-  
tingens, & incertum, & in ordine ad nostrum tempus,  
sit futurum. Ad secundum, in ordine vero argu-  
men-

Ad 8.

DISTINCT. 40 ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

metorū octatū, respōdetur negādo cōseq. Nā causa habēs certū ordinē, & certā habitu- dinē ad suū effectū, quātū est de se necessario pducit effectū, nisi sit aliquid obfistēs. At cau- la prima quē Deus est, agit ille quidē in volū- tatē, nō necessitatē afferēdo, vtpote quia ipsā non cogat, sed mouendo, & inclinando illā suauiter, hoc est, consentanee modo suo, qui in libertate consistit. Et quamuis motioni Dei efficaci non possit non humana volun- tas obtemperare, obtemperat tamen modo suo, nempe libere, & non coacte. Quem mo- dum ipse Deus dedit voluntati, vt sic volun- tas ipsa diuinam volūtatē exequeretur. Hinc fit vt quādam diuinam volūtatē expleat, & exequantur necessario, quādā vero cōtin- gēter, quāuis id qd Deo vult seper expleatur.

Si dicas, igitur certitudo diuinæ prædesti- nationis non est absoluta, sed conditionalis, nempe ex suppositione humanæ voluntatis, iste enim saluabitur si voluerit, alioqui non saluabitur, quemadmodū sol pducet fructū in planta, si vis generatrix plantæ fuerit re- cte disposita: alioqui non producet, hoc autē est absurdum, ita enim fieret, vt in Deo non esset maior certitudo de saluandis, quā esset in hominē. Negandam putamus consequē- tiam. Nam multum interest inter causas vni- uersaliores creatas, & causam primam: & in- creatam. Nam efficacitati causæ superio- ris creatæ, non subest illa causa secunda, quā oportet supponere ad inducēdum effectum, & ideo certitudo euentus illius effectus non est absoluta, sed conditionata. At causa secu- da, quam oportet supponi ad inducēdū præ- destinationis effectum, subest etiam ordini diuinæ prædestinationis, ac proinde quamuis diuina prædestinatio illā causam supponat nihilominus absolutam habet certitudinē, tamen in naturalibus contrariū appareat.

QVÆSTIO. 7.

*Vtrū numerus prædestinatorū sit certus?*

**R**incipio annotandum est numerum accipi posse bifariā, vno modo forma- liter, altero modo materialiter, hæc di- stinctio est apud Arist. 4. Phis. & 5. Metaphy. Est autē numerus formaliter illa ratio, qua

numeramus, quæ dicitur numerus numerās, Numerus vero materialiter, est ipsa res nu- merata, siue sunt ipsæ res numeratæ. Quocir- ca numerus prædestinatorū pōt intelligi bifa- riam, formaliter, s. aut materialiter, formali- ter, hoc est, quot sint, materialiter vero, hoc est, qui & quales sint.

Sunt igitur qui putauerint Deo esse cogni- tū numerū prædestinatorū formaliter, nō autē materialiter. Putauerūt enī Deū scire quot sunt saluandi, non tamen scire qui, & quales sunt illi, qui sunt saluandi. Quorū opinio vi- detur fulciri authoritate Augustini supracita- ta. Nā prædestinatorū coronā nullus acci- pere pōt, nisi alter pdiderit, ex quo datur intel- ligi coronā glorię vnū posse amittere, & alte- rū recipere, interim numero tot prædestina- torū minime variato. Videtur igitur qd deus certo sciat, quot sunt saluādi, V.g. quod sint saluandi centū, interim tamen ignoret, aut certe nō certo sciat, qui nam sint illi centū, qui sunt saluandi, propter flexibilitatē & in- constantiam liberi arbitrij.

Hæc tamen opinio ōnino falsa, & absurda est, tū quia cognitio ea Dei, quā habet de sal- uandis, esset imperfecta, vtpote quia esset co- gnitio saluandorū in vniuersali, & non in par- ticulari, si enī Deus cognoscit solū quot sint saluādi, interim tamē non cognoscit qui nā, & quales sunt illi, profecto saluandorū habet cognitionē in vniuersali, & non in particula- ti. Tū quia non esset certa, nā quamuis esset certa quoad numerū prædestinatorū forma- lē, esset tamē incerta quoad numerū prædesti- natorū materialē, At impossibile est Dei co- gnitionē esse incertā, quēadmodū & ipsā falli.

Quocirca aduersus hanc sententiā & opinio- nē, duas subiūgimus cōclusiōes, quas habet D. Thomas. 1. 5. d. 40. q. 3. ar. v. nico. ltē. 1. p. q. 2. ar. 7. ver. q. 6. ar. 4.

Prima cōclu. Numerus prædestinatorū tā for- malis, quā materialis est Deo certo cognitus.

Posterior cōclusio. Numerus prædestinato- rū tā formalis, quā materialis nō solum est à Deo cognitus, verū et ab eodē præordinatus, & præfinitus. Priori cōclusiōi sic fidē facim⁹. Numerus prædestinatorum non pōt augeri,

Opinio aliquorū

August.

Refutatio opinionis.

Thomas

1. Conc. Numerus prædestinatorū tā formalis quā materialis nō solū ē à Deo cer- to cognitus, verū etiam ab eodē præfinitus.

aut

Deus mo- uet volū- tatē conse- tantee mo- do suo.

obiectio

solutio obiectio- nis.

Ordinē diuinæ prædesti- nationis subest nō solū effe- ctus præ- destinationis, verū et humanæ volun- tas.

2. Co



aut domini, augetur autē si quis piā non prædestinatus, sed ad geenam præscitus, prædestinaretur, minueretur vero, si quis prædestinatus, reprobaretur, igitur numerus prædestinatorum tam formalis, quā materialis est a Deo certo cognitus. Conseq. probatur, quia si ad prædestinatorū numerū posset fieri accessio, & ab eodē decessio, iā ille numerus nō esset certus, & præfinitus, ac proinde non caderet sub certā cognitionē. Antecedēs quoque ad priorē sui partem ostenditur. Reprobatio est certa igitur numerus prædestinatorū non pōt augeri, consecutio firma est, quia tum augetur, quando reprobatus fieret prædestinatus, id quod aduersatur certitudini reprobationis. Posterior antecedentis pars sic ostenditur. Prædestinatio est certa, igitur numerus prædestinatorum non pōt imminui, consecutio probatur, quia tunc imminueretur, quādo aliquis prædestinatus, reprobaretur. Hinc collige certitudinē multitudinis prædestinatorū ortum habere ex certitudine prædestinationis & reprobationis. Vtrinque enim habet ille numerus, quod sit certus, & per consequens certo a Deo cognitus non solum formaliter, verum etiam materialiter.

**2. Concl.** Posterior conclusio sic ostenditur. Deus præordinauit numerū partium vniuersi, quæ per se, & principaliter ordinantur ad perfectionē vniuersitatis cuiusmodi sunt orbis celestes, stellæ elementa, & species rerū, præfinit enim quot essent futuri celestes orbis, quot astra, quot elementa, quot rerū species, ut pote quia mundū decreuerit facere sub certa quadā perfectione, & mensura, At inter omnes creaturas principaliter ordinantur ad bonū vniuersi creaturæ rationales, ut quæ sint quoad animā immortales, & incorruptibiles, & inter creaturas mentis, & intelligentiæ cōpotes potissimū locū, & gradū obtinēt illæ, quæ beatitudinē cōsequuntur, ut quæ immediatius attingant vltimū finē, harū igitur certum numerum Deus præfinit, ac proinde certus est ipsi Deo numerus prædestinatorum, nō solum per modum cognitionis, verum etiā per modum cuiusdam principalis præfinitionis.

Huius discursus maior ostenditur in hūc modū. Quicumque intendit, determinatam aliquam mensurā in suo effectu, quā proculdubio intendit omne agens (Nullū enim agens intendit efficere infinitū.) excogitat certū aliquem numerū partium quæ per se requiruntur ad perfectionē totius, earū vero partium, quæ non per se primo, sed per aliud, & per se secundo requiruntur, non accipit, neque eligit certū numerum, sed harum rerū tot accipit, quot putat esse necessarias ad expletionem propositæ mensuræ. V. g. Aedificator initio excogitat determinatam quantitatem, & mensuram domus, quam intendit efficere, subinde certum numerum mansionum, quas vult facere in domo, postremo certam mensuram parietis, vel tecti. At lapidum certam, & determinatam eligit quantitatem sed tot lapides congerit, quot putat esse necessarios ad explendam tantam mensuram parietis.

Ad eundem modum effector, & edificator mundi Deus, mundū sub certa quadā mensura, & perfectione effecturus, excogitauit, ac præfinit numerum partium vniuersi, quæ per se, & principaliter ad perfectionē vniuersitatis requiruntur, ceu celestium orbium astrorum elementorum, & specierum, At numerum individuorum sub qualibet specie non sic præordinauit, hoc est, per se, & principaliter, sed tot individua sub qualibet specie diuina providētia produxit, quot sufficerent ad speciei perpetuitatem & conseruationem. Ita patet maior superioris discursus.

Si quæras, quantus sit numerus electorum, dicimus cū Ecclesia matre hunc numerū soli Deo esse cognitum, atque cōpertum. Sic enī ait in collecta. Deus, cui soli est cognitus numerus electorum in superna felicitate locandus. Hic autē numerus quantus cūque est, nō solum est a Deo præfinitus, verum etiā summaratione dispositus. Nihil enim a Deo sine ratione disponitur.

## REFUTATIO CONCLUS.

Videtur quod numerus prædestinatorum possit augeri, ac proinde non sit certus prædestinatorum numerus.

DISTINCTIO 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

1. Arg. Principio sic licet argumentari. Quolibet finito numero potest esse maior aliquis, At numerus praedestinatorum est finitus, eo igitur potest esse maior numerus

2. Arg. Praeterea, quidquid Deus potuit adhuc potest, atqui Deus potuit ab aeternitate illum praedestinare, quem non praedestinabat, igitur ad numerum praedestinatorum potest fieri accessio.

3. Arg. Adhuc, Deus potest plura facere, quam facit, ergo potest plures praedestinare, quam praedestinavit. Antecedens patet, quia deo subest, cum voluerit posse, ut dicitur Sap. 12. consequens vero firma est, siquidem quemadmodum factio rerum ex divina voluntate pedit, sic etiam, & praedestinatio.

4. Arg. Postremo, Praescitus potest habere gratiam, ergo potest habere gloriam, siquidem gratia est seminariū gloriae, igitur non praedestinatus potest praedestinari, & per consequens ad numerum praedestinatorum potest fieri accessio.

tas Dei de praedestinatione alicuius hominis non sic est perfecte, & complete posita, ut non possit in oppositum, quia semper est in egredi, & nunquam cedit in praeteritum. Unde quando consideratur ut egrediens, consideratur per modum libertatis, & per consequens valet ad oppositum. Completur autem in ultimo vitae instanti, quod est primum instans salutis

Similiter & voluntas dei de numero praedestinatorum adhuc non est complete posita, ponitur autem in salute ultimi electi, quoad autem est in egredi, libera est ad salvandum, & non salvandum, & ideo potest plures, aut pauciores salvare. Ceterum supposito quod Deus plene deliberando numerum electorum constituerit, non potest unum amplius salvare, quia non potest decretum, & praefinitum numerum immutare. Concedit igitur numerum electorum posse augeri in sensu diuiso, non tamen in sensu composito, hoc est, supposito quod deus plene statuerit de numero electorum. Nos dicimus fuisse hunc numerum a Deo iam inde ab aeternitate praefinitum, atque constitutum, ac proinde iam ab ipsa aeternitate immutabile. Ceterum hanc Sylvestri sententiam nos iam alibi & expendimus, & refutauimus, nempe d. 39. q. 5.

Numerus electorum augeri potest in sensu diuiso non tamen in sensu composito

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Ad 1. Ad primum. Vera est maior spectata ratioe numeri, & quantitates, quantitati enim ut sic potest fieri additio in infinitum, non tamen spectata natura rei quantae. Res enim quaelibet certam sibi vindicat mensuram cum in maius, tum in minus. Quauis igitur praedestinatorum numero possit fieri additio spectata ratioe numeri, Non enim potest dari tantus numerus, quin possit dari maior, spectata tamen immobilitate diuinae praescientiae, & ordinationis, non potest eidem numero fieri accessio.

Numero praedestinatorum potest fieri additio spectata ratioe numeri, non tamen spectata diuinae ordinationis immobilitate.

Ad 2. Absolute quidquid deus potuit, potest, non tamen facta aliqua suppositione. Sylvester

Ad 2. Vera est maior, considerata potentia Dei absolute, absolute enim quidquid Deus potuit, adhuc potest, secus facta aliqua suppositione. Nam supposito quod Deus numerum praefinierit eorum, qui essent salvandi, eumque constituerit, non potest praedestinare quem non praedestinauerat, siquidem diuina ordinatio sit immutabilis. Sylvester in consilio q. 23. ar. 8. in annotationibus, existimat Deum posse salvare plures, aut pauciores, seu centum, & mille, usque ad ultimum electum. Fundamentum opinionis est, quia volu-

Ad 3. Negatur consequens. Nam quamuis deus possit plura facere, quam facit, non potest tamen plures praedestinare, quam praedestinauerit, ita quod non praedestinatum de nouo praedestinet. Huius porro discriminis haec est ratio: quoniam factio Dei terminatur ad effectum exteriorem, & ideo si Deus aut plura faciat, quam facit, aut infectum reddat quod primum fecerit, id nullam in Deo arguit mutationem, sed solum in effectu. At praedestinatio est actus immanens cum intellectus tum voluntatis, ac proinde in eo non potest esse variatio, citra mutabilitatem Dei, cum vero Deus sit immutabilis omnino, sequitur ut nihil admitti debeat, quod ad variationem huiusmodi actionum pertineat. Et ideo quauis absolute & in sensu diuiso concedi possit quod iste non praedestinatus possit praedestinari, & contra, supposito tamen quod iste sit non praedestinatus non potest praedestinari, & contra supposito quod iste sit praedestinatus non potest non

Ad 3.

Deus potest plura facere quam faciat, non tamen plures praedestinare, quam praedestinauerit

Praedestinatus potest non praedestinari, et non praedestinatus potest praedestinari in sensu diuiso, non tamen in sensu composito.

non

non prædestinari: quia huiusmodi actio in Deo est immutabilis. Hæ enim locutiones sensum compositum implicant. Vtrum vero Deus possit efficere vt prædestinatus non fuerit prædestinatus, altera quæstio est, alibi tractanda.

Ad 4. conceditur, quod præscitus pōt habere gratiã secundum præsentẽ iustitiam, nõ tamẽ iam inde cõsequitur, quod sit habiturus gloriã. Nam proxima dispositio ad gloriã est gratia finalis, iam aut gratiã finalẽ antecedere pōt gratia, quæ simul tẽpore non est cū gloriã, ac proinde inter gratiam absolute, & gratiam finalem intercedere pōt medium impedimentum, quo impedimento efficitur, vt habens gratiã, priuatur gloriã, id quod non p̄uenit ex defectu gratiæ, sed ex appositione impedimenti.

Proxima dispositio ad gloriã est gratia finalis

QVÆSTIO. 8.

Vtrum prædestinatio adiuetur precibus sanctorum?



Rita est in hac quæstione distinctio. Prædestinatio potest considerari duobus modis, vno modo quoad ipsam Dei præordinationem, altero modo quoad effectus suos, nempe vocationem, iustificationem, & glorificationem. Statuuntur ergo a Theologis duæ in hac quæstione conclusiones. Prior conclusio. Prædestinatio prout est, quædã diuini consilij præordinatio, & decretum, nullis sanctorum precibus iuuatur, sub hoc sensu, vt precibus sanctorum obtineatur, vt aliquis non prædestinatur, prædestinetur. Huic conclusioni fidem facit diuinæ scientiæ, consilij, & volûtatis immutabilitas. Vnde i. Reg. 15. dicitur, porro triumphator in Israel non parcat, neq; pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio. Diuina igitur præordinatio immutari nunquam pōt.

Non pōt sanctorum precibus obtineri, vt aliquis non prædestinatur, prædestinetur.

Accedit quia si aliquis prædestinaretur precibus sanctorum, aut illud efficerent preces illæ sanctæ, secundum esse quod habent

in natura, aut secundum esse quod habent in diuina præscientia, non priori modo, siquidem preces sanctorum prout in rerum natura existunt, sunt temporales, iam autem diuina prædestinatio est æterna, neq; itidẽ posteriori modo, Nam vt docuimus q. 4. nulla merita, aut propria, aut aliena esse possunt causa nostræ prædestinationis, igitur etc.

Hinc iam intelligitur, falsam esse illorum sententiam, qui dixerunt Dijs immortalibus esse preces adhibendas, & sacrificia offerenda ob id vel maxime, quia precibus, & sacrificijs placati, ab eo dimouerentur, quod semel statuissent. In qua opinione fuerunt Aegyptij, fuerunt etiam Stoici, qui fato regi omnia putauerunt. Quæ eorum opinio non solum falsa est, verum etiam a fide aliena, vt quæ inducat in Deum mutabilitatem, & tollat diuini consilij certitudinẽ.

Ha opinio Aegyptiorum & Stoicorum

Posterior conclusio. Prædestinatio quoad suos effectus pōt adiuari precibus sanctorum, sub hoc sensu, precibus sanctorum obtineri pōt, vt effecta prædestinationis actu ponantur, hoc est, vt consequatur aliquis beneficiũ vocationis, & iustificationis. Pro cuius conclusionis probatione, & intelligentia notandum est. Duplicem esse humanæ salutis causam, primam vnã, & proximã alteram. Causa prima est Deus ipse opt. & max. causa vero proximã, sunt illa omnia, quæ ad eo sunt constituta, & prædestinata ad consequendum prædestinationis effectũ quæ se habent ad causam primã sicut instrumenta. Quemadmodum enim artifex ad explendũ & perficiendum effectũ artis adhibet instrumenta, sic etiam & Deus gloriosus ad exemplendam suã præordinationem adhibet causas secundas, quarum vis omnis ad expletionem huiusmodi, pendet ex causa prima. Causæ huiusmodi secundæ, quod attinet ad prædestinationis effecta, sunt sanctorum preces, sunt etiam opera bona, Hæc siquidem valent ad cõsequendũ effectum prædestinationis.

Concl.

Humane salutis duplex causa.

Causa prima salutis

Causæ secundæ salutis

His prænotatis, iam ostenditur conclusio. Quemadmodum se habet prædestinatio

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

ad suos effectus, eodem modo se habet praedestinatio, ut quae sit pars providentiae, at qui providentia sic providet suos effectus, ut interim causas secundas non excludat, imo vero eadem includat, ordinando eas ad expletionem suorum effectuum, usque adeo ut illi effectus sine causis huiusmodi minime proveniant, igitur sic est a Deo hominum salus praedestinata, ut et sub ordinem divinae praedestinationis cadat, quidquid homini adminiculo, & adiumento est ad salutem: cuiusmodi sunt preces sanctae cum suae, tum alienae, sunt et omnia, bona opera moralia, quibus homo dignus efficitur qui vocetur, & iustificetur, dignus inquam non dignitate meritoria, sed dignitate dispositiva, & congruentia.

Quid homini adiumento est ad salutem, cadit sub ordinem divinae praedestinationis.

Praedestinati est orandum pro effectu salutis

2. Pet. 1.

Hinc iam consequitur, praedestinati est curandum, ut precationibus, & bonis operibus incubant, his enim rebus expletur praedestinationis effectus. Quocirca hoc videtur D. Petrus, fideles hortatur, ut bonis se se operibus exerceant, ut bonis istis actionibus certam efficiant vocationem, & electionem suam. Etenim electorum vocatio, & glorificatio, sic est praedestinata, ut orationibus, & bonis operibus obtineatur.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

1. arg.

Prior conclusio his argumentis refutatur. D. Ioannes Damascenus narrat D. Gregorium orando, Traianum Caesarem, alioqui reprobum, ab inferno liberasse, igitur precibus sanctorum obtineri potest, ut qui non est praedestinatus, praedestinetur.

2.

Præterea, aliquis potest alicui mereri primam gratiam, igitur & finale, At quicumque habet gratiam finale est praedestinatus, igitur precibus & meritis obtineri potest, ut aliquis praedestinetur.

3.

Posterior vero conclusio hoc argumento refutatur. Illud quo posito, vel remoto, causa nihilominus habet suum effectum, non est ei adiumento ad expletionem sui effectus, At siue precationes adhibeantur, siue non adhibeantur, nihilominus praedestinatio habet suum effectum, cum sit certa, & frustrari nullo modo possit, igitur quoad effectus suos adiuvari non potest precibus sanctorum.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Ad primum responderi consuevit, quod Traianus quavis esset in loco inferno, qui locus est divinitus iis, qui reprobantur, destinatus, non tamen erat simpliciter reprobatus. Praordinatum enim erat, ut Traianus D. Gregorij precibus salutem obtineret. Hoc ipsum etiam sentiendum est de fratre quodam S. Nicolai a Tolentino, quem eius narrat historia, fuisse ab inferno, fratris sanctissimi precibus liberatum. Hi siquidem quamvis ad infernum, & damnatorum domicilia descenderint, non tamen fuerunt reprobi, sed praedestinata est eorum salus, quorum precibus obtinenda. Hoc vero accidisse putandum est, secundum potentiam Dei absolutam, non tamen ordinariam, nam de potentia Dei ordinaria nullus vita excedens in peccato mortali, saluatur.

Ad 1.

Traiani ab inferno liberatio.

De lege, nullus vita excedens in peccato mortali, saluatur.

Ad 2.

Ad 2. respondetur, Gratiam finale non esse ipsam praedestinationem, sed effectum praedestinationis, convertibile tamen cum praedestinatione. Iam autem praedestinatio iuvare potest precibus quoad effectus, non tamen quoad ipsam Dei praedestinationem, ut dictum est.

Ad 3.

Ad 3. respondetur. Negatur Minor. Nam quemadmodum praedestinationis effectus est, quod iste salvetur, sic et quod per orationes tales, aut talia merita salvetur, sine quibus salus minime proveniret. Unde orationes remoueri non possunt, nisi praedestinatione remota, quemadmodum & ipsa salus sempiterna.

Falsa & impia vulgi opinio

Ex quo iam intelligitur, non solum falsam, verum etiam impiam esse illorum opinionem qui dicunt, frustra adhiberi orationes, aut aliud quidem ad salutem sempiternam consequendam, siquidem cum divina praedestinatione, & reprobatio falli non possit, siue hac adhibeantur, siue non adhibeantur, electi quidem salutem consequuntur, reprobi vero non ita. Hac opinio praeterquam quod tollit arbitrii libertatem, aduersatur et aperte sacris literis, quae omnes homines ad orandum, & ad bene, ac virtuti, & diuinis legibus consentaneae operandum, frequentissime adhortantur. Id quod non facerent, si intelligerent, nihil efficere preces, & bona opera ad effectum praedestinationis.

Qua-

QVAESTIO. 9.

*Vtrum homini predestinato possit innotescere sua predestinatio.*



Aucis subiectis conclusi onib<sup>9</sup>, hac quaestio expli catur iuxta sententiã D. Thomæ quol. ii. Hac igitur prima statui- tur conclusio.

Nulli predestinatorũ, sublata diuina reuelatione, certa esse pöt sua predestinatio. Proba tio. Iustus esse non pöt certus de sua predesti natione, nisi certus sit de sua gratia, deq; fina li perseverantia in ipsa gratia, at sublata diuina reuelatione, neutrum esse pöt homini cõpertum, iustus igitur, sublata diuina reuelati one, esse non pöt certus de sua predestinati one. Minor est de fide vt quæ sit definita in concilio Tridentino sessiõe 6. cap. 12. Patet etiam quoad priorẽ partem ex diuinis literis. Dicitur in Psal. 18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis mūdame, & ab alienis parce ser uo tuo. Item Prouerb. 20. quis potest dicere, mundũ est cor meum: & purus sum a pecca to? Item Ecclesiastes. 9. Nemo scit utrũ amo re vel odio dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Item Ecclesiastici. 5. de propitiato peccato noli esse sine metu, altera litera habet, de propitiatu peccatorum, noli esse sine metu. Ex quibus sanctarum litera rum testimonijs, aperte intelligitur nemini hominum, quantumuis moraliter bono, posse constare se esse in gratia cũ Deo. Neq; etiam eidem potest constare se esse in gratia perse ueraturũ, vt qui possit gratiã semel habitam amittere. Cui rei et fidem faciunt diuinæ li teræ. Dicitur enim Ezechi. 18. Cũ auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem moriendo in ea, in iniustitia, quã operatus est, morietur. Itẽ ad Gal. 3. sic stulti facti estis vt cũ spiritu ceperitis, carne consummemini? Cum igitur gratia finalis, & predestinatio conuertantur, homini autem non possit esse compertum, an ne sit in gratia cum deo

vsque ad vitæ exitum perseveraturus, sequi- tur vt neq; eidem etiam possit esse comperta sua predestinatio. Hoc ipsum etiam docent sancti, docet August. in libro de bono perse uerantiæ statim in principio. Docet Hiero nymus in libro contra Iouenianũ. Docet Cy prianus in exhortatione ad Martyrium. Do cet postremo Bernardus serm. 1. in septuag. sic inquiring, quis potest dicere, de electis ego sum, & de predestinatis ad vitam, reclamãte scriptura, Nemo sit vtrum amore, etcæt.

Secunda conclusio. Per reuelationẽ pöt homini esse comperta sua predestinatio. Quam reuelationem fuisse nonnullis factã ex sacra scriptura intelligimus. Ac primum factã fuisse Abrahamo illa Dei ad Abraba mũ verba testãtur. Noli timere Abrahamã, ego protector tuus sum, & merces magna nimis. & infra, tu autẽ ibis ad Patres tuos, sepultus in pace, & in senectute bona. Mosz etiã pate facta est sua predestinatio id quod illa ipsius Dei ad Mosem verba demõstrant, inuenisti, inquit, gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Ego ostendã omne bonũ tibi.

Facta fuit etiam hac reuelatio Eliæ, vt qui sciret se esse tollendũ, & in beatiore loco reponendum, vt patet ex 4. Reg. cap. 2. Facta etiã fuit sacratissimæ Virgini Deiparæ, vt pa tet ex illis Angeli ad Virgine verbis, Ave gra tia plena. Et infra, inuenisti gratiam apud do minũ. Hoc ipsum et fuit omnibus Apostolis patefactu, vt cõstat ex illis christi verbis, Gau dete, & exultate, quoniã nomina vestra scri pta sunt in cœlis, fuit etiam & D. Paulo, vt perspici pöt ex ipsius Pauli verbis, 2. Tim. 4. de reliquo, inquit, reposita est mihi corona iustitię, quã reddet mihi dominus in illa die.

Tertia conclusio. Non decet vt cõmuni lege, hac reuelatio fiat omnibus predestina tis. Huius cõclusionis duas D. Thomas affert rationes, quarũ prior sumitur ex nõ predesti natis. Nã si predestinatis omnibus sua prede stinatio cõperta esset, omnibus non predesti natis cõpertũ esset, se nõ esse predestinatos, ob id s. quia nescirẽt se esse predestinatos, que res ipsos non predestinatos angore afficeret icredibili, ac tãdẽ in desperationẽ adduceret

Thomæ quol. ii.

2. concl.

Psal. 18.

Prou. 20.

Eccle. 9.

Eccle. 5.

Nulli ho minum, quacũuis moraliter bono cõ stare pöt se esse in gratia.

Ezech. 18.

Gal. 3.

Augusti nus. Hierony mus. Cyprianus.

Bernardus.

2. Concl.

Gen. 12.

Exod. 33.

4. Reg. 2.

Luc. 1.

Math. 11.

Luc. 10.

2. Tim. 4.

3. Concl.

Thomæ quol. ii.

## DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Posterior vero ratio sumitur ex ipsis praedestinatiis, quibus si nota esset sua praedestinatio, proculdubio negligentiores efficerentur, & ad bona opera explenda, & peccata vitanda. Nam securitas negligentiam parit, cum igitur illi essent de sua salute securi, minus essent de peccatis fugiendis, & de bonis operibus exequendis solliciti. Quocirca summo Dei consilio constitutum, & procuratum est, ut homines suam aut praedestinationem, aut reprobationem ignorent.

Quarta conclusio. Quibusdam coniecturis probabiliter potest homini innotescere sua praedestinatio, quas nos iam alibi exposuimus, nempe dist. 17. huius libri. Quae eadem signa, & multo plura lege apud Vegam lib. duodecimo a cap. 12. usque ad vigesimum.

### REFUTATIO CONCLV. sionum.

**1. Arg.** Prima conclusio multis scripturae testimonijs refutatur. 1. Ioan. 3. dicitur, vinctio docebit vos de omnibus, sed vnum ex omnibus quod electis afferre potest maiorem consolationem est suae praedestinationis cognitio, igitur hanc vinctioem Spiritus Sancti esse omnibus electis infusam, atque tributam credendum est.

**2. Arg.** Praeterea, ad hoc quod aliquis sit certus de sua praedestinatione duo requiruntur, illud est prius ut sit certus de sua gratia, posterius illud est, ut illam non possit amittere, qui enim est certus de sua gratia, quique eam non potest amittere, omnino certus est de sua finali gratia, & per consequens de sua praedestinatione. At utrumque esse posse homini compertum divinae literae testatur, igitur. etc. Porro quod homini esse possit compertum se habere gratiam, sequitur esse gratum Deo, illa Apostoli verba ad Rom. 8. aperte significant, sic enim ait, ipse Spiritus testimoniū reddit Spiritui nostro, quod filij Dei sumus, at testimoniū Spiritus Sancti est certissimū, & omnem dubitationem excludens, igitur homini constare potest de sua apud Deum gratia.

**Confirmatio.** Et confirmatur, quia assensus fidei christianae ob id certus est, quia ortum habet a Spiritu Sancto mouente & inclinante nos ad eundem

assensum per lumen fidei interius infusum, cum igitur idem Spiritus Sanctus iustos inclinet, & impellat interius ad iudicandum quod sint cum Deo in gratia, relinquatur illud iudicium esse certissimum: omnem formidinem, & dubitationem excludens.

Quod autem habens gratiam, non possit ab ea excidere, videtur colligi ex illis 1. Ioan. 3. verbis. Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. Item cap. 5. scimus, quia omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum.

Si igitur iustis omnibus constat, quod sint in gratia, & ab ea non possunt excidere, ut patet ex superioribus Ioannis testimonijs, efficitur ut eisdem etiam constet de sua praedestinatione, & beatitudine.

Postremo, Dux exercitus omnes quos adscribit ad meritum pugnae, adscribit etiam ad premium coronae, ut sicut eis constat de merito, constet etiam de premio. At omnibus viatoribus compertum est, quod sint in statu merendi, compertum igitur est etiam, quod ad premium peruenient, ac proinde omnibus praedestinatiis certa est, & comperta sua praedestinatio.

### DILVTIO ARGVMENTORVM.

**A**D primum respondet D. Thomas illam Ioannis sententiam esse intelligendam de iis omnibus, quorum cognitio est ad salutem necessaria. Iam autem quavis praedestinatio divina sit ad salutem necessaria non est eiusdem cognitio.

Ad secundum. Notandum, haereticos illis testimonijs adductos asseruisse cui libet homini iusto esse cognitam suam gratiam, & suam praedestinationem. Qui eorum error refutatur in Concilio Trident. sessione 6. cap. 12.

Quocirca ad testimonia adducta respondendum est. Ad primum igitur testimoniū D. Pauli dicitur, testimoniū Spiritus Sancti esse illud quidem certissimū ex parte obiecti, nam id quod testificatur Spiritus S. est infallibiliter verū, esse

summo Dei consilio effectum est, ut hominibus ignota esset sua praedestinatio, & reprobatio.

4. Concl.

Vega:

1. Arg.

1. Ioan. 3.

2. Arg.

Rom. 8.

Confirmatio.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 5.

3. Arg.

Thom. 2. quol. 116.

Ad 2.

Hereticorum assertio.

Testimoniū spiritus

quis factus  
certissimū  
est parte  
iecti, tamē  
parte  
iecti  
posita  
cie.

Quae  
quirit  
adcer  
dinē  
tia.

Ad  
mati

Ce  
do  
pro  
exd  
reu  
ne  
lit  
spi  
fe  
ex  
mi  
ria

us sancti certissimi est ex parte obiecti, non tamen ex parte subiecti in propria specie.

esse tamen incertum ex parte subiecti, nam incertum est anne testimonium illud sit effectiue a spiritu sancto, stat igitur aliquid esse testatū a spiritu sancto, & tamen esse incertum, quia nescitur vtrum illud testimonium sit a spiritu sancto. Concedimus igitur iustū hominem inclinari, & moueri a spiritu sancto ad iudicandū se esse in gratia cum Deo, inde tamen non consequitur, quod homini iusto constet de sua gratia. Nam quanuis illud testimonium prout est a spiritu sancto sit infallibiliter verū, non tamen est certū neq; constat homini iusto, illud testimonium esse in illo ex instinctu spiritus sancti, id quod si constaret, proculdubio certo scirent homines se esse in gratia.

Quæ requiruntur ad certitudinē gratiæ.

Quocirca vt homines iusti certo sciant se esse in gratia duo requiruntur, & quod ad id iudicandum impellantur & inclinentur a spiritu sancto, & quod ab eodem spiritu sancto certificentur, se esse eū qui illud testificatur interius in cordibus iustorum.

Ad confirmationē.

Ad confirmationem vero dicitur, multū esse discriminis inter vtrumq;. Nam certitudo assensus fidei prouenit ex tribus, formaliter quidem ex diuina reuelatione, credimus enim quia Deus reuelauit, effectiue aut a spiritu sancto per lumen fidei interius infusum inclinante & impellente ad assentiendum, ministeria liter vero, ab ecclesia proponente credibilia tanquam diuinitus reuelata. Itaq; fides ipsa docet, & quod credendum est, & illud ipsum esse a Deo reuelatum, spiritus aut sanctus mouet & impellit per lumen fidei ad vtrique assentiendum. Hæc aut motio, & impulsio Spiritus sancti interior, non sufficeret ad habendum certum & firmum assensū, nisi certo crederemus esse illud a Deo reuelatum. Certo aut credimus, non solum Spiritu sancto inclinante per lumen fidei, verum etiam ecclesia, quæ est ministra fidei, proponente. Vnde quia viri iusti existentes in gratia, quantūuis inducantur a Spiritu sancto vt iudicent se esse in gratia, ignorant vtrum illa inductio sit a Spiritu sancto, nec ne, propterea non certo iudicant se esse in gratia.

Certitudo fidei prouenit ex diuina reuelatione formaliter ex spir. s. effectiue, ex Ecclesia ministeria liter.

Quod vero attinet ad cætera ex D. Ioāne

desumpta testimonia, eorū variæ extant expositiones. Prima illarum sententiarum expositio est, vt dicat Ioannes iustos, & progeratos ex Deo spirituali satione, & generatione quæ efficitur per lumen gratiæ, quæ huiusmodi sunt, & quandiu manent in illa spirituali generatione, non peccare, neq; posse peccatū vllū mortale admittere, siquidem semen spiritualis illius generationis, quod est gratia, in illis manens, conseruat eos, & reuocat a peccato, vtpote quia suapte natura impellat ad bonum. Hæc expositio est D. August. Epistola. 95. Est et D. Hieronymi libro 2. contra Iouinianum statim in principio.

1. Expositio, verborū 1. 102. 3.

August.

Hierony.

2. Expositio.

Secundo ex ponitur ille locus de electis, & prædestinatis, vt. s. nomine filiorum Dei, & eorum qui nati sunt ex Deo, intelligantur electi, & prædestinati, & sub hoc sensu, peccare, accipitur non quomodolibet, sed perseveranter, & finaliter. Est igitur illarum sententiarum hic sensus. Nati ex Deo, hoc est, prædestinati, & electi non peccant id est, nō permanent in peccato vsque ad extremum vitæ diem, quoniam generatio Dei, & hoc est, æterna prædestinatio, & electio cōseruat eos, id est, facit ne in peccato moriantur. Hæc expositio est D. Bernadi serm. 1. de septuagesima, quæ nobis magis probatur, quam illa prior August. intelligit igitur D. Ioānes illis verbis & illo in loco iustos, non secundū præsentem iustitiam, sed iustos secundū æternam prædestinationē, qui licet interdū peccent, in peccato tamen ad finem vsque vitæ non permanent.

Bernard.

Prædestinati non pereāt perseverāter

3. Expo.

Potest & ille locus exponi de omnibus iustis, & de peccato nō finali. Et tunc illa verba sunt referenda non quidem ad impeccabilitatem iustorum profectam ex gratia, & charitate, sed ad inclinationem charitatis, & gratiæ, & ad vigilantiam, curam & sollicitudinē, quam adhibent iusti, ne peccent, & a diuina gratia excidant, ad quā sollicitudinē, & vigilantiam inclinatur, & impellit eos charitas, & gratia. Qui enim sunt in gratia, cū Deo, sibi ipsis inuigilant, seq; ipsos summa diligentia, & sollicitudine custodiunt, in idq; studiū incumbunt, ne diuinam gratiam amittant,

Iustos impellit & inclinat gratia ad non peccandum.

im-

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINÄ PRÆDESTINATIONE.

Iustissimi peccant, peccantes vero citissime resurgunt.

impellente eos ad hanc curam, semine Dei, quod est gratia, in ipsis immanente. Ex quo fit ut rarissime peccet, peccantes vero citissime resurgant, & deo sese reconcilient. Cum ergo rarissime peccent, & lapsi continuo resurgant, & diuinam gratiam recuperent, efficitur ut perinde sit, ac si non peccent. Hæc expositio non est contemnenda.

Ad 3.

Ad tertium respondetur, negando minorem, nulli enim hominum iustorum certo constare potest se esse eo in statu, in quo mereri possit a pud Deum, tametsi id coniecturis quibusdam assequi possit: hoc est, probabiliter inuestigare. Habitus enim cognosci non possunt, nisi ex actionibus, iam autem actiones virtutum infusarum maximam habent similitudinem, & consensionem cum actionibus virtutum moralium, & acquisitarum, qua similitudine efficitur, ut non possint facile inter nosci. Ac proinde de gratia inexisterente certa cognitio, nisi per diuinam reuelationem haberi possit, idque ex speciali privilegio.

Iusti certificatur de pugna certitudine ab soluta, de premio vero certitudine condicio nata.

Respondetur et ad argumentum, negando maiorem, vel certe illam explicando. Nam & in militia seculari ad scriptus ad pugnam non certificatur de premio certitudine absoluta, nempe quod coronabitur, sed condicio nata, nempe quod coronabitur, si legitime certauerit, & per eum non steterit. Ac huiusmodi certitudo a quolibet prædestinato habetur per virtutem spei. Et hic modus dandi certitudinem est præstabilissimus, ut patet ex tertia conclusione. Ac de prædestinatione hætenus, sequitur ut de reprobatione eidem opposita disseramus.

DE REPROBATIONE.

QVÆSTIO. I.

*Vtrum Deus aliquem reprobet?*



Recepta ab omnibus theologis est responsio affirmatiua, quæ hac conclusione continetur. Deus aliquos reprobat. Probatio. Ad prouidentiam pertinet per-

mittere defectum aliquem in ijs quæ prouidentiam subduntur propter aliquem finem, quæ per se prouisor intendit, at per diuinam prouidentiam homines in vitam æternam ordinantur igitur ad eandem et prouidentiam pertinet, ut permittat aliquos ab hoc fine excidere, hoc ipsum autem est reprobare, quemadmodum ordinare in vitam æternam, est prædestinare, igitur deus aliquos reprobat. D. Tho. 1. p. q. 23. ar. 3.

Hæc conclusio est etiam de fide, ut potest cui multa suffragentur diuinarum literarum testimonia. Principio 2. Timoth. 2. sic dicitur. In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam vero in contumeliam. Vasa efficta ad honorem, sunt prædestinati, vasa vero ficta ad ignominiam, & contumeliam sunt reprobi. Id quod ipse D. Paulus aperte declarauit ad Rom. 9, persequens eandem vasorum similitudinem, sic inquit, An non potest figulus ex eadem massa facere aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam? Ac statim deum ita fecisse subiungit, quosdam prædestinando, quosdam vero reprobando, id quod ex eo patet, quia vasa illa ad honorem ficta, vasa misericordiam appellat, quæ Deus præparauit in gloriam, vasa vero contumeliam vasa iræ appellat, apta in interitum. Ad hoc destinata, ut in ea deus profundat iram suam, exercendo in eos vindictam iustitiæ suæ. Præterea, diuinæ literæ testantur deum aliquos diligere, alios vero odio habere, iuxta illud Malach. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui: ex osos appellamus reprobos, Deus igitur aliquos reprobat.

Ad hæc, in diuinis scripturis deus dicitur aliquos cognoscere, alios vero nescire, nouit, inquit Paulus, dominus qui sunt eius. 2. Timoth. 2. & Math. 7 dicitur, tunc confitebor illis, quia nescio vos, & Math. 25. ad virgines fatuas ait sponsus, Amen dico vobis, quia nescio vos, exponunt omnes, Nescio vos, non quidem scientia visionis, sed scientia approbationis, hoc est, non approbo vos, at quos deus non approbat, reprobat, Deus igitur aliquos reprobat. Postremo in in scripturis sanctis aliqui a beatorum

torum

Math  
2. Ar  
2. Tim. 2  
1. Tim  
Ezecl  
1. A  
2. Tim. 2  
Math. 7  
Math. 25



Math. 25. torum consortio excluduntur, & in sempiternum ignem mittuntur, hos aut vocamus reprobos, Deus igitur aliquos reprobat: idque omnino de fide tenendum est.

REFUTATIO CONCLUS.

1. Arg. **H**ic conclusioni illud primū aduersatur, quia praedestinatio, & reprobatio opponuntur, sed praedestinatio includit voluntatē dandi gloriam, & ea omnia, quae ad assequendum illum finem valent, igitur & reprobatio includit voluntatem excludendi a gloria, & denegandi illa, quae ad hunc finem pertinet, At hoc repugnat sacris literis, Ait enim Paulus, Deus vult omnes homines saluos fieri. 1. Tim. 2. Ezech. 33. Timoth. 2. Item Ezech. 33. dicitur, Non est voluntatis meae mors impij. Repugnat etiā illi fini, cui deus creaturam rationis compotem destinauit, est aut ille vita sempiterna, siue beatitudo sempiterna, cui cum deus omnes homines destinauerit, videtur quod neminē ab eo sine exclusum esse voluerit, ac proinde quod neminem reprobauerit.

1. Arg. Præterea, Nulli debet imputari, quod vitare non pot, at si Deus aliquem reprobauerit, vitare non pot quin intereat, iuxta illud Ecclesiast. 7. considera opera dei, quia nemo pot corrigere, quē ipse despexerit, non posset igitur hominibus imputari, quod pereunt, id quod tamen falsum est.

Huc et pertinent omnia illa argumenta in initio quaestionis quartae posita, quibus ostendebatur neminem spontanea dei voluntate reprobari, & illa etiam quae ar. 3. eiusdem quaestionis attulimus.

DILUTIO ARGUMENT.

Ad 1. **P**rimum argumentum tangit illam quaestionem, qua quari consuevit, in qua nā actiōne consistat reprobatio, Anne reprobatio sit voluntas permittendi cadere in culpam, & inferendi damnationis poenam pro culpa, an potius sit voluntas excludendi a fine supernaturali, nullo interim respectu, nulloque ordine habito ad peccatum, quam nos difficultatē sequenti quaestione explicabimus. Porro testimonia illa scripturae nō aduersantur nostrae conclusioni, vt iam docuimus quaestionis quartae arg. 3. in responsione ad. 1. arg. initio

quaestionis positum. Lege ibi. Huc etiam pertinent & illa, quae eadem. q. 4. prenotauimus, ante quam conclusiones nostras de more statueremus. Lege ibi.

Pro quorum omnium maiore explicatiōe adhuc hac annotanda duximus. Primū illud aduertendū esse dicimus, dominū Deū omnes creaturas rationales ad sempiternā beatitudinem procreasse, id quod ex eo constat, quia & eas capaces beatitudinis effecerit, & primū creatis gratiam gratū facientem tribuerit, quae forma quaedam est supernaturalis, ordinans creaturam eius cōpotē, ad vitā & beatitudinem sempiternam: potēsque, quantum est ex parte sui, eandem creaturā ad eam perducere.

Ex hac porro supernaturalis finis volitiōe per quam Deus cunctis creaturis rationalibus voluit finem supernaturalē, ortū habuit & voluntas dandi media, ad illū finem assequendum accomodata. Id quod ratio prouidentiae postulat. Etenim prouidentia cū sit directio, & ordinatio creaturae ad finem, includit primum quidem, volitionem finis, deinde vero, dispositionem mediōrum, quibus ille finis obtinendus est, vel certe pot obtineri.

Secūdo annotamus: Deū rebus omnibus suauius prouidere, vt dicitur Sap. 8. quae suauius rerum prouidentia, atque dispositio in eo consistit, vt cuique rei, suae cuiusque naturae consentaneae, & conuenienter prouideatur. Id quod postulat vniuersitatis pulcritudo, & perfectio, quam Deus praecipue intendit. Etenim pulcritudo vniuersi in eo consistit, vt ordo creaturarum non perturbetur, sed qualibet creatura & suum ordinem retineat, & naturā ingeniumque conseruet: id quod obtineri non potuit, nisi Deus rebus singulis, consentaneae cuiusque naturae, prouideret.

Hinc effectum est, vt dominus Deus creaturis habentibus arbitrij libertatem, sic prouideat vt nulla necessitate, sed libere, & suauius ad fines sibi propositos perducantur. Suauius autē hac ad finem directio in eo posita est, vt in manu creaturae rationalis sit, media sibi pposita aut admittere, aut repudiare

Deus omnes creaturas rationales ad beatitudinē pcreauit.

Deus rebus pui-fis dat media ad finem.

Deus prouideret rebus cōsentaneae suis naturis

& per consequens a fine sibi proposito deficere, & aberrare, quæ admodum de facto multi aberrant, & deficiunt. D. Thom. 1. q. 22. arg. 4.

Cum volūtate salutis omnium hominum, ita voluntas permittit ali-quos ab illo fine deficere.

Tertio annotamus, cum illa dei volūtate, qua Deus voluit omnes homines esse ad gloriam sempiternam ordinatos, quæ voluit omnes esse saluos atq; beatos, stare voluntatem quandam dei permittendi aliquos ab illo fine deficere. Nam prior illa voluntas sic p[ro]uidet de medijs ad gloriam consequendam necessarijs, vt illa media non tollant libertatem, & defectibilitatem humanæ naturæ, ac proinde talibus adhibitis medijs, adhuc homo, si velit, possit deficere. Hoc autem est aliud nihil, quam permittere, si velint, deficiant.

Deus volūtate antecedere vult omnes saluos fieri.

Postremo annotamus, Deum voluntate antecedente, quæ fertur in rem absolute, nullis expensis circumstantijs, velle omnes homines saluos fieri, At voluntate consequente, quæ fertur in rem expensis circumstantijs, non velle omnes homines saluos fieri. Verbigra tia. Rex absolute vult latronem vivere, est enim homo, & membrum rei publicæ, At eundem vult mori, quatenus homo nequam est, & membrum rei publicæ perniciosum. Ad eundem etiam modum, dominus Deus absolute quidem vult omnes homines saluos fieri, at expensis circumstantijs demeritorum, non vult omnes homines saluos fieri. Vult enim impios æternis supplicijs afficere, quamuis eosdem quatenus homines, & beatitudinis compotes, velit esse saluos. Hinc iam patet ad primū argumentum responsio.

Ad 2.

Ad secundum respondetur, Reprobationem non subtrahere homini libertatem, vnde cum dicitur, reprobum non posse vitare, quin pereat, id verum est in sensu compositionis, non tamen in sensu diuisionis & absolute. Adde, quia etsi reprobus non possit effugere, quin deficiat, potest tamen effugere hoc vel illud peccatum, & ideo quodlibet peccatum ei imputatur ad culpam.

Cæterorum porro argumentorum in supra citatis locis patet solutio. Edigitur lectorem remittimus.

QVÆSTIO, 2.

¶ *Verum præuisio finalis peccati sit causa reprobationis, ita quod reprobatio sit hominis ad poenam sempiternam eterna ordinatio?*



Qvæstio difficilis est, in cuius explicatione elaborauerunt homines doctissimi, & de qua non conuenit inter doctissimos theologos. Ego vero in hac tractanda quæstione sic progrediar, vt primū referam doctorum hominum sententias, deinde aut meam interponam, aut certe probabiliorem eligam.

Scotus igitur 1. d. 41. q. vnica ar. 3. de reprobatione aliter sentit quam de prædestinatione. Nam prædestinationis nullam putat ex parte prædestinati dari causam, propter quā actus diuinæ prædestinationis terminetur ad hoc obiectum, reprobationis tamen putat. Illius prioris hæc est causa. Quia sapienter, & ordinate volens finem, & ea quæ ad finem illum conducunt, prius vult finem, quā aliquod eorum, quæ ad finem pertinent, sed vltimus hominis finis est beatitudo perfecta, quæ in Dei fruitione consistit, ad quem finem gratia, fides, merita, & bonus vsus liberi arbitrijs sunt diuinitus comparata, igitur dominus deus creaturæ beatificabili prius vult hunc finem deinde vero & quasi posterius aliquod eorum quæ ad hunc finem pertinent, fieri igitur non potest vt aliquod horum sit ratio propter quam deus alicui velit beatitudinem dare. Sic enim fieret, vt voluntas illius antecederet voluntatem finis, contra quod postulat ordinata ratio volendi finem, & ea quæ sunt ad finem.

Posterius vero, hoc fundamentum est. Reprobare est velle damnare, sed reprobatio non est bona nisi sit iusta: non est autem iusta nisi subiecta, & supposita culpa, igitur reprobatio habet ex parte obiecti ad quod terminatur, causam aliquam, nempe finale peccatum præuisum. Minor ostenditur ratione,

Circa diabolum in pur natura bus De se hab indiffe ter.

Scotus causam ponit reprobationis.

Optima ratio per quam probatur prædestinationis nullæ esse causa ex parte prædestinati.

Reprobare apud Scotum est velle damnare, quæ voluntas non est iusta, nisi supposita culpa.

grati thor Augusti.

Augustus.

&

& auctoritate. Porro auctoritas est Augustini II. super Genesim cap. 24. Non prius Deus est ultor, ait Augustinus, quam aliquis sit peccator, neminem igitur Deus damnat, antequam peccet.

Ratione vero sic ostenditur. Crudelitatis est aliquem punire sine culpa, igitur damnatio non est iusta, nisi subiecta culpa.

Hinc colligit Scotus primum actum diuinæ voluntatis circa Iudam oblatum diuino conspectui in puris naturalibus, non esse velle damnare Iudam, nam tunc Deus videretur velle damnare Iudam sine culpa, id quod est crudelitatis, & iniustitiæ. Colligit secundo hunc actum habere Deum circa Iudam oblatum sibi sub ratione peccatoris.

Hanc Scoti sententiam sequuntur omnes illi Doctores, qui in prædestinatis dari causam aliquam, & rationem putant, propter quam præuisam sunt a Deo ab æternitate ad gloriam prædestinati, quos omnes supra questione quarta de prædestinatione citauimus.

Videtur autem hanc fuisse etiam Augustini mentem, & sententiam. Inquit enim Augustinus de prædestinatione differens contra Pelagianos, Deus præscius futurorum, non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis, quosdam misericordia gratuita prædestinat ad vitam æternam, ceteros vero debita pena punit, quos ideo punit, quia quid esset futuri, præsciuit. Iudam enim cum præsciuisset Deus in vitijs proprie voluntatis pessimum fore, & electione discipulatus male vsurum pœnam ei prædestinauit ex merito. Postremo concludit Aug. Hæc igitur regula incussæ tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse non prædestinatos, pœnam autem esse præparatam, secundum quod præsciti sunt. Idem etiã Aug. 12. de ciuit. cap. vltimo, sic ait, neque iniusta Dei gratia neque crudelis esse potest eius iustitia, at crudelis esset eius iustitia si nulla subiecta culpa damnaret quempiam, igitur, etcæt.

Idem Augustinus in lib. 83. questionum 9. sic ait, cuius vult miseretur, & quem vult indurat, sed hæc voluntas iniusta esse non potest, venit enim de occultissimis meritis.

Idem Augustinus in libro de bono perseverantia cap. 10. reprobationem malorum Dei iudicio, occulto tamen attribuit. Quibus vult, inquit, subuenire, etiam non volentibus neque currentibus subuenit, & quibus non vult subuenire, non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occulte quidem, sed iuste aliud iudicauit. Non enim est iniquitas apud Deum.

Idem Augustinus eodem libro cap. 11. docet Deum quidem prædestinare, & reprobare, ceterum prædestinare misericorditer, ut qui nullis eius, qui prædestinatur, antecedentibus meritis prædestinet, reprobare vero, & obdurare iuste, ut qui non nisi eius qui reprobat, & induratur præcedentibus demeritis reprobet, & obduret.

Obijci tamen contra istam opinionem potest. Paulus ad Rom 9. de prædestinatione Iacob, & reprobatione Esau differens, utraque nullis meritis aut exhibitis, aut præuisis, sed soli Dei voluntati attribuit. Cum nondum, inquit, nati essent, aut boni aliquid egissent, aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, etcæt.

Item, prædestinatio, & reprobatio opponuntur, sed Deus nullis eius qui prædestinatur, meritis prædestinat, igitur neque ullis eius qui reprobat, demeritis reprobat. Consequens firma est, siquidem oppositorum eadem sit ratio.

Tertio sic argumentatur Scotus. Petrus, & Iudas pares in naturalibus eodem momento offeruntur diuino conspectui, & eodem momento quo pares in existentia naturali Deo offeruntur, Deus vult Petro beatitudinem, iam quaero, Quid velit Iudæ? Si damnationem, igitur reprobat nullo meritorum respectu, si vero beatitudinem, igitur Iudam prædestinat, quemadmodum & Petrum.

Scotus loco supra citato hæc argumenta diluit. Eius porro ad primum argumentum responsio in tribus propositionibus consistit. Prima propositio est huiusmodi. Reprobationis in communi & est & scitur causa, est autem ea, peccatum finale præuisum. Est enim principium practica diuina voluntate statutum

August.

Aug.

Vehementissima obiectio

Diluit Scotus superiora argumenta.

Circa Iudam oblatum in puris naturalibus Deus se habet indifferenter.

Gravissimam auctoritatem Augustini.

Augustinus.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIONE.

tutum, quod omnis prauisus finaliter malus damnetur.

Secunda propositio. Reprobationis in particulari, hoc est, in hoc, & in illo indiuiduo, quanuis sit aliqua causa, ea tamen humana ratio inuestigare, & assequi non potest.

Particula re peccatū propter quod de reprobatur hunc, & illū nō est humana ratio e inuestigabile.

Tertia propositio. Hoc significauit Apostolus ad Rom. cap. 9. redarguit enim presumptuosos ea inquirentes, & inuestigare volentes, quorum humana ratio non est capax. Nā licet reprobationis in toto genere sit, & sciri possit causa, in particulari non item. Nescitur enim quod malum, & quod peccatū prauidet Deus in isto, & in illo, propter quod illum reprobatur. Et circa hæc specialia peccata prauisa versatur diuinæ scientiæ altitudo, & diuinorum iudiciorum in comprehensibilitas. Nam iudicium proprie non est de vniuersali dictamine practico, sed de particulari agibili. incōprehensibilitas igitur, & inscrutabilitas diuinorum iudiciorum ad illas particulares rationes refertur propter quas finaliter prauisas est in Deo, respectu huius, & illius volitio non conferendi gratiam & gloriam. Sunt enim humanitus incomprehensibiles, & inscrutabiles.

Sunt qui negent, Diuum Paulum eo loco agere de prædestinatione, & reprobatione, sed de prælatura, & subiectione temporali, quam nos opinionem supra q. 4. & reuicimus, & refutauimus.

Ad secundū respondet Scotus negando conseq. Non enim, inquit, est similis processus in prædestinatione, & reprobatione. Nā bona omnia attribuuntur Deo principaliter mala autem nobis, & ideo prædestinare sine meritis, & sine vlla ad prædestinandum mouente ratione, diuinæ bonitati congruit, At velle damnare non potest Deo attribui respectu obiecti in puris naturalibus cogniti, sed solum respectu obiecti prauisi in peccato mortali finali.

Ad tertium respondet Scotus positus in progressu reprobationis quatuor instantibus in quorum primo & secundo Deus circa reprobum nullum habet actum positium, sed negatiuum, in tertio vero & quarto habet a-

ctum positium. Est igitur imaginatio Scoti huiusmodi. In primo instanti naturæ offeruntur diuino conspectui Petrus & Iudas in suis naturalibus existentibus, ac circa Petrum habet actum positium, vult enim illi dare sempiternam beatitudinem, circa Iudam vero nullum habet actum positium, sed negatiuum solum. nempe non vult illi dare sempiternam beatitudinem. Id quod in nullam Dei iniustitiam aut personarum acceptionem redundat, non enim vlla est iniustitia, aut personarum acceptio, vbi nullum est debitum. Deus autem nulli est debitor dandi & communicandi suam gloriam.

In secundo vero instanti Deus circa Petrum actum habet positium, nempe volitionem tribuendi ea, quæ ad beatitudinem conducunt, nempe gratiam, & omnino boni equiue amantem voluntatem, in quo eodem instanti similiter circa Iudam nullum profert actum positium, sed negatiuum, hoc est, nō vult illi dare gratiam, & omnino ea quæ ad beatitudinem conducunt.

In tertio vero instanti Dominus deus habet tam circa Petrum, quam circa Iudam actum positium, eūq; vniuniforme, vult enim vtrumq; permittere, sub massa perditionis comprehendi, ac proinde vtrumq; esse filium perditionis: & interitus, siue propter peccatum originale, siue propter peccatum actuale. Interest tamen inter illum actum, prout terminatur ad Petrum, & prout terminatur ad Iudam. Nā ex eo actu prout terminatur ad Petrum, non sequitur necessario quod Petrus sit finaliter peccator, ob id scilicet quia in primo & secundo instanti habuit circa Petrum actum volitionis positium, nempe dandi gloriam, & gratiam. At ex eo actu prout terminatur ad Iudam, sequitur omnino quod Iudas sit finaliter peccator, ob prædictas negationes in primo & secundo instanti, nempe quod non vult illi dare gratiam, & gloriam.

In quarto porro instanti offertur Iudas diuino conspectui vt peccator finaliter, & tunc vult illum punire, & reprobare: alioqui nunquam reprobaturus.

Ad formam igitur tertij argumenti dicitur,

De mēte Scoti quatuor instantia reperiuntur in reprobationis progressu

De mēte aliorū diuinæ reprobationis causæ sola est diuina voluntas.

Reprobatio est iura dāda rīa, noli dāda riam

Gre

tur, quod in primo illo instanti deus nullum habet actum positivum aut damnationis, aut damnationis gloriae circa Iudam, & ideo neque reprobat, neque praedestinat, sed solum negativum, ut dictum est. &c.

**P**onitur aliorum de Reprobatione sententia:

De mente aliorum diuinae reprobationis causa sola est diuina voluntas.

**E**xposuimus Scoti de reprobatione sententiam, superest ut aliorum sententias referamus. Alijs visum est, reprobationis, quem admodum & praedestinationis nullam alteram extare causam, nisi solam diuinam voluntatem.

Pro quo notandum est iuxta hanc opinionem, & sententiam, in reprobatione multos actus reperiri, primus actus est, quo deus voluit actu positivo, & elicitio excludere aliquos a beatitudine, id est, voluit aliquibus non dare beatitudinem.

Secundus actus est, quo deus positive, & formaliter voluit istis non dare auxilia necessaria, sed voluit eos deserere, & in peccatum finalis impoenitentiae labi permittere.

Ac haec voluntas prioris est consequens. Ex eo enim quia formaliter voluit non dare beatitudinem, vel formaliter noluit dare beatitudinem, consecutum est ut nollet formaliter tribuere auxilia necessaria, & formaliter vellet deserere: permittendo lapsum in peccata, ex quo subinde consecutum est, ut in peccatum finalis impoenitentiae homines huiusmodi laberentur.

Tertius actus est, quo Deus prauidit hos finaliter peccatores. Postremus actus est, quo Deus hosce homines propter admissa in se peccata voluit sempiterno supplicio afficere.

Si queras ab authoribus huiusce opinionis, in quo nam istorum actuum formaliter reprobatio consistat, respondent in primo illo actu consistere, nempe in formali volitione non dandi gloriam, siue in formali nolitione dandi gloriam, Ad quam volitionem, siue nolitionem cetera consequuntur tanquam effecta, nempe subtractio gratiae, & auxiliorum, permissio cadendi in peccata, desertio, & punitio.

Reprobatio est voluntas non dandi gloriam, siue nolitione dandi gloriam.

Gregori

Haec porro sententia his argumentis con-

firmatur. Primum argumentum sumitur ex Pauli auctoritate ad Rom. 9. cum nondum, inquit, nati essent, neque boni aliquid egisset, aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: sed habere odio creaturam rationalem, est velle non dare illi gloriam, et hanc voluntatem deum habuisse scriptura testatur ante opera prauius, igitur primus actus, quem Deus habuit circa reprobos est iste, nempe volo hos a gloria excludere.

Secundo, primus actus quem Deus habuit circa praedestinos fuit voluntas finis, hoc est, beatitudinis supernaturalis, ex qua voluntate subinde consecuta est dispositio mediorum, & auxiliorum, & prauius meritorum, igitur pari ratione primus actus, quem Deus habuit circa reprobos, est voluntas finis, siue beatitudinis supernaturalis, aut voluntas non dandi beatitudinem, ex qua eadem subinde consecuta est voluntas non dandi gratiam, & auxilia opportuna.

Tertio, Ex hac sententia nihil sequitur absurdi, nullaque iniustitia in Deum redudat. Nam beatitudo supernaturalis, non est perfectio aliqua humanae naturae debita, cum sit supernaturalis, & per consequens eidem naturae non proportionata, igitur si hanc beatitudinem, quae non est perfectio naturalis, deus voluit non tribuere aliquibus hominibus, nullam eis fecit iniuriam.

His argumentis potest fulciri supra dicta opinio, quam tenet Greg. 1. d. 41. q. 1. Etenim eiusdem quaestionis ar. 1. Reprobationem definiens sic ait, reprobatio est propositum non dandi gloriam. Et ar. 2. eiusdem quaestionis ait, illud propositum, & illam voluntatem habuisse Deum ante prauius peccatum.

Hanc eandem sententiam tenet Ioannes Basoules. 1. d. 41. q. v. unica. Tenet etiam D. Thom. 1. p. q. 23. ar. 5. in resp. ad tertium. Qui quorundam hominum reprobationem diuinae bonitatis reluctiae per modum iustitiae punitivae attribuit, horum vero, & illorum, soli diuinae voluntati. Ex sola enim dei voluntate pendet non solum quod reprobationis actus. ad huc, aut illum hominem terminetur potius, quam ad

Basoules.

D. Thom.

ad